BREVIS & SUCCINCTA
inter
PROTESTANTES
Invariatæ Auguſtanæ Confeſſioni addictos,
&
CALVINO-REFORMATOS
HISTORIA.

In
Illuſtri CHRISTIAN-ERNESTINO
Collegio, quod Baruthi Francorum floret, propoſuit;

nunc verò
cum conſenſu & adprobatione
Maximè Reverendi Collegii Theologici in Illuſtri Jenenſi Academiâ
Cum Indice Capitum & Rerum

publici juris fecit
LUDOVICUS Liebhard/
Hiſtor. Prof. Publ.

Exprimi curabat CHRISTOPH. ENOCH. Buchta/
M. DC. LXXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

PERILLUSTRI AC GENEROSISSIMO DOMINO,

DN. DAVIDI Kreſſern/

Libero Baroni à Burkfahrenbach ꝛc.

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO,

Pacem, & perennem incuntis anni Felicitatem precor

LUDOVICUS Liebhard.

SExennium eſt, & quod excurrit, quo *Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dominus* CHRISTIANUS ERNESTUS, *Marchio Brandenburgenſis, Magdeburgenſium, Pruſſorum, Stetinenſium, Pomeranorum, Caſſubiorum, Vandalorum, ut & Sileſiorum, Croſſenſium & Jägerndorfenſium Dux, Burggravius Noribergenſis, Princeps Halberſtadenſium, Mindenſium, & Caminenſium &c. Dominus ac Nutritius meus Clementiſſimus,* ad Hiſtoriarum Profeſſionem in Illuſtri CHRISTIAN-ERNESTINO Collegio, ab Ipſius Serenitate tunc temporis noviter fundato, me clementiſſimè vocavit.

vit. Propoſui ab eo tempore ex præſcripto *Maximè Reverendi, Nobiliſſimi atque Magnifici Viri, Domini* CASPARIS à LILIEN, *Hereditarii in* Waizendorf / *Conſiliarii Intimi Eccleſiaſtici, Superioris Burggraviatus Norici Superintendentis Generalis, Concionatoris Aulici Supremi, Venerandi Conſiſtorii p.t. Aſſeſſoris Primarii, nec non Illuſtris* CHRISTIAN-ERNESTINI *Collegii Directoris graviſſimi, Mecœnatis mei parentis ad inſtar vitam omnem ſuſpiciendi*, nō Hiſtoriam tantùm Civilem, & ex ea præcipuè Statum Imperii Romano-Germanici, à JULIO CÆSARE, ad LEOPOLDI Invictiſſimi Imperatoris usq; tempora; ſed etiam Hiſtoriam Eccleſiaſticam, Statum ſcilicet Eccleſiæ Chriſtianæ à Seculo I. & glorioſa Chriſti in cœlos adſcenſione ad noſtrã memoriam usq; , additâ Pontificũ Romanorum in certas claſſes diſtributorum Hiſtoria, breviter oſtendens, quô tempore, quibusq; Autoribus Eccleſia Romana ad tantam potentiã pervenerit, quibus item Au-

tori-

toribus quò tempore, quo progreſſu & ſucceſſu in Eccleſiam Errores Papales irrepſerint, quàm diu in utramq; partẽ diſputabiles manſerint, nec non quibus Conciliis inter dogmata recépti & confirmati fuerint. Cumq; Auditores Mei nimiùm quantùm flagitarent, ut etiam brevem, ſed tamen ſuccinctam inter EVANGELICO-LUTHERANOS & CALVINO-REFORMATOS Hiſtoriam adderem, multis tandem precibus defatigatus deeſſe ipſorum petitioni non potui. Aſt cùm ea, quæ ad calamum dictitâſſem, in multorũ verſarentur manibus deſcripta, non paucis, quæ in deſcribendo ſubreptitârant, vitiis hinc inde ſcatentia, nonnulli ex amicis calcar mihi addiderunt & animum, ut ea typis exſcribi curarem. Tandem & horum deſiderio ſatisfacere volui, nihil magis habens in votis atque optatis,

quàm ut ejusmodi diſſidia, maximô Eccleſiæ Chriſtianæ malô hactenus agitata, aliquando componerentur.

Tibi verò, *Per-Illuſtris ac Generoſiſſime Baro*, haſce pagellas juſtiſſimis de cauſſis offerendas & dedicandas judicavi. *Tua* namq; *Per-Illuſtris Generoſitas*, utpote quæ non ſtirpe tantùm, ſed etiam virtute verè Illuſtris, exactiſſimâ multarū rerum cognitione in luce atque in ore Summorum Principum ſe collocavit, Hiſtorico-Theologicis lucubrationibus evolvendis ita mirificè delectatur, ut ejusmodi Scripta non modò legat; ſed etiam dextrè de iisdem judicare valeat. Accedit & alia dedicationis cauſſa, quòd, cùm hoc ipſum propoſitum hîc Baruthi in *Sereniſſimi Principis Noſtri* Aula *Tuæ Per-Illuſtri Generoſitati* aperirē, Ipſa exquiſitiſſimô Suô, quô pollet, judiciô id comprobârit, & eun-

dem

dem laborem Sibi transmitti juſſerit.

Accipe igitur, *Per-Illuſtris & Generoſiſſime Domine*, hoc qualecunq; munuſculum ſerenâ fronte, atque id, non ex ipſius meritô, ſed ex propenſa tribuentis voluntate metire.

Quod ſupereſt, DEUM devotè veneror, ut *Per-Illuſtrem Generoſitatem Tuam* cum Per-Illuſtri familia diu ſoſpitet. Dabam BARUTHI Francorum, in Muséo d. I. Jan. Ann. Chr. M DC LXXI.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

CAP.

I. *De erroris Sacramentarii Ortu & Progreſſu.*

II. *De clandeſtina Zvvinglianorum in Regna, Principatus, & Ducatus irreptione.*

III. *De Auguſtana Confeſſione privatò conſiliò à Philippo Melanchthone mutata.*

IV. *De denegata Zvvinglianis fraternitate.*

V. *De Calviniſtarum intentione, quâ per Syncretiſmum, ſive Chriſtianam fraternitatem & Eccleſiaſticam Concordiam nîl niſi Lutheranæ Religionis exterminationem quæſiverunt.*

VI. *De Zvvinglianis ab omni confœderatione & Religionis pace excluſis.*

VII. *De Zvvinglianorum condemnatione.*

VIII. *De cauſſis, ob quas nonnulli Principes & Status Orthodoxi Formulæ Concordiæ ſubſcriptionem recuſârint.*

IX. *De fictitio Lutheranorum & Calvinianorum conſenſu.*

X. *De Calvinianorum fraude & amphibolia hinc inde in Colloquiis adhibita.*

I.N.J.

Digitized by Google

I. N. J.

CAPUT I.

De erroris Sacramentarii Ortu & Progreſſu.

§. 1.

Triſte illud ac funeſtum de Cœna Dominica certamen, ſuperiori Seculô (Antiquiores enim hujus diſſidii anteſignanos, *Scotum, Bertramum*, & *Berengarium* lubens jam prætereo) primum Autorem agnoſcit *Andream Bodenſteinium*, Francum, vulgò ob patriam, *Caroloſtadium* nuncupatum, Theologiæ Doctorem & Profeſſorem, nec non Eccleſiæ Arcis Wittembergenſis Archi-Diaconum, qui, cùm *Lutheri* nomen apud omnes orthodoxos celebre & auguſtum eſſe videret, Annô MDXXI. ut ipſe quoque inclareſceret, concitatâ plebe, ſtatuas è templis ejecit, ceremonias receptas abrogavit, & cauſſas civiles non ex legibus Imperatoriis, ſed ex lege Moſaica decidendas eſſe docuit. Hujus mali avertendi gratiâ Academiæ Senatus rem omnem ad *Lutherum* Wartbergæ adhuc latentem retulit, qui non expectatô Electoris conſenſu Wittebergam rediit. Vid. Sleidan. *de ſtat. Relig. & Reip. Lib. III. p. 42. Edit. Argent. 1561. in 8.* Hiſtoria item Auguſt. Confeſſ. *à tribus Theologis Saxonicis*, Kirchnero, Selneccero & Chemnitio *primùm Germanicè conſcripta, & deinde per* Jacobum

Digitized by Google

Godfriedum *in latinam linguam translata, atque Lipſiæ Annô 1585 typis excuſa, pag. 28. ſeq.* Aſt *Caroloſtadius* munere Archi-Diaconatûs, & Profeſſione ſuâ abſque Electoris & Academiæ voluntate & conſenſu abdicatâ, Orlamundam, quò clandeſtinis illis Doctoribus Anabaptiſtis eſſet vicinior, ſeſe contulit, & ordinarium Eccleſiæ illius Paſtorem, ab Academia Wittebergenſi, ad quam illa Parochia Jure Patronatûs pertinebat, ad id munus vocatum, hominem pium & in doctrina ſincerum, ab officio dejecit, & ſcholam benè conſtitutam turbavit, ſolus in illo loco dominatum obtinens. Sleid. *Lib. V. p. 82.* Hiſt. Aug. Conf. *p. 31.* Cum autem juſſu Electoris Saxonici *Lutherus* Annô MDXXIV. Jenam profectus colloquium cum *Caroloſtadio*, à quo ſæpius per literas & internuncios provocatus erat, inſtitueret, *Caroloſtadius* nominatim doctrinam de Sacramento, tantùm odiô *Lutheri*, teſte *Philippo Melanchthone* in Epiſtola ad Fridericum Myconium, libello *de ſententiis veterum in Articulo Cœnæ* præfixa, arroſit, palam jactans: *Neminem unquam ex eo tempore, quo Apoſtoli in carne vixiſſent, ita de Sacramento ſenſiſſe ac docuiſſe, quemadmodum Lutherus de eo ſentiret ac doceret.* Quoniam itaque *Caroloſtadius* reduci ad meliorem mentem non potuit, ab Electoris Saxonici Legatis, qui unà cum *Luthero* Jenam erant ablegati, ab officio Orlamundenſium Eccleſiaſticô remotus, & finibus Saxonicis exire juſſus eſt. Hiſt. Aug. Confeſſ. *p. 24. 35.* Qua de cauſſa hoc ipſo Anno in Helvetiam profectus *Caroloſtadius*, libellos Baſileæ typis excuſos edidit, docens, *quia particula demonſtrativa* (*HOC*) *genere non conveniat cum præcedente ſubſtantivo* (*PANIS.*) *ideò Chriſtum tantùm panem dediſſe diſcipulis, & ipſos nihil aliud, quàm nudum panem acce-*

Digitized by Google

accepiſſe & manducâſſe. Poſt aliquod verò temporis intervallum Chriſtum corpus ſuum, quod menſa accumbebat, demonſtrâſſe, inquiens : Hoc eſt corpus meum. Huic autem *Lutherus* in ipſis ſubſequentis Anni primordiis librum oppoſuit, cui titulus: *Contra illos, qui cælitus ſe afflatus habere jactitant, ut ſine ſcripturæ certo teſtimonio tanquam Prophetæ nova dogmata proponere poſſint.* Sleid. *loc. cit.* Martin. Chemnitius *in Fundament. SS. Cœnæ p.* 114. Interim *Caroloſtadius* Rotenburgum ad Tuberam ſui ſervandi gratiâ conceſſit. Sed extinctô ibidem *Münzeri* incendiô, & Rotenburgenſibus Miniſtris, qui Anabaptiſtarum erroribus favebant, capitis ſuppliciô affectis, fune per murum, nocturnô tempore, dimiſſus, cùm nullibi ſe tutum videret, interceſſione *Lutheri*, quem litteris imploraverat, obtinuit, ut liber ad Electoris ditionem reditus ſibi concederetur, eâ tamen lege, ut datâ dexterâ polliceretur, ſe & pacatè & tranquillè victurum, & citra Electoris conſenſum finibus Saxonicis non eſſe emigraturum; quas conditiones ipſe non ſolùm promtè recepit, ſed obſervaturum etiam ſanctè promiſit. Cumque in ſummo eſſet apud omnes contemtu, nec concipere ullam vocationis alicujus recuperandæ ſpem facilè poſſet, rei domeſticæ ſeſe dedens, primò in exiguo quodam pago, deinde in oppido Kemberg ſedem locavit. Utque eſſet, unde familiam aleret, ruſticum ſimul & inſtitorem egit, vinum aduſtum, placentas, ſpecula, ligulas & ſimiles merces venum exponens. Interdum etiam ligna in urbem Wittebergenſem importavit. Eundem quoque cum reliquis ruſticis cultum ſibi ſumens, tunicâ inceſſit ruſticâ craſſioris fili, enſe accinctus vetere & ferruginosô, ex obſoleta & lacera vagina promicante, pileô o-

pertus ſimpliciore ac ruſticô, nec Doctor Caroloſtadius, ſed frater vel vicinus Andreas appellari voluit. Hiſt. Aug. Conf. *p. 38.*

§. 2.

Nihilo - tamen - minùs in ſuperiori Germania, & præſertim apud Helvetios, ad quos ſubſequenti tempore *Caroloſtadius* moleſtiarum pertæſus Anno MDXXVIII. contra diſertum Electoris interdictum & datam fidem Kembergâ tranſiit, hæreſis Sacramentaria vires & incrementa ſumſit. Namque *Ulricus Zvvinglius*, Paſtor Tigurinus, etſi violentam & nimis duram, quam *Caroloſtadius* proferebat, verborum Cœnæ expoſitionem deprehenderet, ipſum tamen dogma, quod è Batavi cujusdam, nomine *Honii*, Epiſtola hauſtum diu apud ſe aluerat, retinens, copulam EST exponendam eſſe docuit per SIGNIFICAT, ut repræſentatio panis ſignificet abſens corpus Chriſti. Cumque non pauci animadverterent, in toto *Zvvinglii* apparatu non eſſe tantum roboris, ut rei feliciter gerendæ par eſſe poſſet, *Johannes Oecolampadius*, Winsbergâ Francus, Paſtor Baſileenſis, amicorum precibus fatigatus *Zvvinglio* ſuppetias tulit, inque prædicato verborum inſtitutionis tropum quæſivit, contendens, corpus in verbis Cœnæ *non pro ſubſtantia carnis Chriſti*, ſed *pro memoriali, ſigno ſive figura abſentis corporis* accipiendum eſſe. Hiſt. Aug. Conf. *p. 39. 44. 45. 48. ſqq.* Quia verò Helvetii in *Lutherum* aliosque orthodoxos, piam de Cœna Domini ſententiam defendentes, Autore *Zvvingliô* & *Oecolampadiô* Anno MDXXV. & MDXXVI. variis ſcriptis inſurgerent, *Lutherus* duobus libris, quorum primum *de verbis Chriſti*: Hoc eſt corpus meum, *adhuc inconcuſſis*, Anno MDXXVII. alterum autem, *Confeſ-*

feſſionem ſc. *de Cœna* Anno MDXXVIII. edidit, præſentiam veram corporis Chriſti adſtruxit. Idem egerunt aliis libris *Johannes Bugenhagius*, Pomeranus, Wittembergæ; *Andreas Oſiander* & *Andreas Althammerus*, Noribergæ; *Urbanus Rhegius*, Auguſtæ; *Johannes Brentius*, Halæ Suevorum; alii alibi.

§. 3.

Cum autem hæc disſidia à *Caroloſtadio*, *Zvvinglio* & *Oecolampadio* excitata curſum Evangelii non parùm impedirent, ipſisque Pontificiis anſam criminandi ſuppeterent, factum eſt, ut *Philippus*, Hasſiæ Landgravius, ad conciliandos cum Helvetiis Saxones, *Lutherum* & *Zvvinglium* eorumque aſſeclas Anno MDXXIX. Marpurgum evocaret, ubi privatim primò, deinde publicè collocuti in multis religionis capitibus conſenſerunt, in Articulo verò de Cœna Dominica conſentire non potuerunt. Vid. infrà Cap. IV. §. 1.

§. 4.

Aſt hic conſenſus non diu perſtitit. Cùm enim Annò MDXXX. Auguſtæ Vindelicorum in publicis Imperii Comitiis Invictisſimo Imperatori *Carolo V.* tradenda esſet Eccleſiarum Noſtrarum Confesſio, non tantùm *Zvvinglius*, Auguſtanæ Confesſionis ſubſcriptionem detrectans, peculiarem Confesſionem Tiguri Latinè & Germanicè excuſam, è veſtigio Auguſtam miſit; ſed etiam Quatuor Civitates, Zvvinglii dogma ſequentes, *Argentinenſis* ſc. *Conſtantienſis*, *Memmingenſis* & *Lindavienſis* ob X. Articulum, qui agit de Cœna Domini, ſubſcribere eidem recuſârunt, & peculiarem fidei Confesſionem, à *Martino Bucero* conſcriptam obtulerunt, in qua tum in articulo de Cœna Domini, tum in multis aliis, in quibus

tamen Marpurgi conſenſus erat initus, ſuum à noſtris Eccleſiis diſſenſum teſtati ſunt. Sleidan. *Lib. VI. p. 116.* Hiſt. Aug. Conf. *p. 156. 157.*

§. 5.

Hujus inconſtantiæ vel veriùs contumaciæ meritas deinde pœnas dediſſe *Zvvinglius* dicitur. Cùm enim in Helvetia bellum civile eſſet exortum, *Zvvinglius* communem Martem ſubire volens in prima acie d. XI. Octobr. Anno MDXXXI. agens annum XLIV. interfectus eſt, in cujus corpus valde ſævitum fuit. Vid. Sleid. *Lib. VIII. p. 130.* Baſileenſe Chronicon teſtatur, illud in quatuor partes diſcerptum, poſtea combuſtum, & cineres in profluentem projectos fuiſſe. Et quia homo fuit carnoſus atque obeſus, plerique ſcribunt, milites portionibus ab ipſius corpore reſectis ocreas illeviſſe. Hiſt. Aug. Conf. *p. 198.* *Zvvinglii* morte auditâ, *Oecolampadius* ſequenti menſe præ animi mœrore obiit. Sunt, qui ſuffocatum & exanimem in lecto inventum eſſe narrant. *Philippo*, Hasſiæ Landgravio aliquando dixiſſe fertur: *Dexteram mihi priùs reſectam fuiſſe optâſſem, quàm ullam litteram vel gloſſam de Cœna Dominica contra Lutherum, textum & verba Chriſti retinentem, ſcribere occepi.* Quæ ipſius verba *Petrus Plateanus* in Aula Hasſiaca audiviſſe, atque *Luthero* & compluribus aliis retuliſſe dicitur. Vid. Hiſt. Aug. Conf. *loc. cit.* *Caroloſtadius* autem utrique ſupervixit. Tandem tamen ipſum à Satana ſuffocatum interiiſſe, ipſorum Eccleſiæ Baſileenſis Miniſtrorum litteræ multoties ſparſæ prodiderunt. Quodam enim tempore, ipſô pro concione populum docente, virum quendam ſtaturâ grandem atque immanem templum Baſileenſe ingreſſum, juxta urbis illius conſulem ſtetiſſe,

rur-

rurſusque templum egreſſum ipſas Caroloſtadii ædes intrâſſe, ibique filium ipſius ſolitarium inventum, manibus elevâſſe, quaſi terræ ipſum alliſurus. Illæſum tamen cum hoc mandato dimiſiſſe: Parenti diceret, ſe poſt tridui ſpatium, illius auferendi gratiâ, rediturum eſſe. Conſul autem de viro illo, quinam fuiſſet, à Caroloſtadio poſt concionem interrogatus, neminem ſibi viſum eſſe reſpondit. Domum igitur reverſus, cùm ex puero, quid ſub concione geſtum eſſet, didiciſſet, ita animô fuit conſternatus, ut tertiô pôſt die expirârit. Hiſt. Aug. Conf. *p. 40.* quam narrationem tamen in medio relinquimus.

§. 6.

Annô MDXXXII. Argentinenſes in Comitiis Suinfurtenſibus Auguſtanæ Confesſioni, ut & ejus Apologiæ ſubſcripſerunt. Qua de cauſſa, ut inter Saxonicarum & Suevicarum Eccleſiarum miniſtros, præcipuè verò inter *Lutherum* & *Bucerum*, qui hactenus Zvvinglianis faventior fuerat, eò firmior reſtitueretur concordia, Annô MDXXXVI., unà cum *Martino Bucero* adhuc alii decem Theologi Wittebergam ſunt ablegati. Cumque *Bucerus*, ſe olim quædam non ſatis intellexiſſe, neque ſatis explicatè docuiſſe, eſſet confeſſus, & ea propter errores ſuos cum lachrymis revocâſſet, reliqui etiam ſuperioris Germaniæ Theologi obnixè precarentur, ut, quoniam per omnia agnoſcerent, veram eſſe Confesſionem & Apologiam Auguſtæ Cæſari exhibitam, in concordiam & vincula illius fidei & ſolidæ fraternæ charitatis reciperentur, facta tandem eſt concordia, certaque formula, cui utraque pars ſubſcripſit, conſcripta, quam Suevicæ Eccleſiæ quidem receperunt; Helveticæ autem, quas ſecum conſentire *Bucerus* Wittebergæ dixerat, recipere

no-

noluerunt. Imò & ipſe *Bucerus* Concordiæ Formulam Wittebergæ conſcriptam & ſubſcriptam apud Helvetios Zvvinglianorum more interpretatus eſt, quod *Lutherum* ita commovit, ut habere eundem poſthac in amicorum numero noluerit. Nec ipſis Zvvinglianis placuit, quia homo erat verſipellis, qui variis technis & molitionibus Syncretiſmum tentabat. Hiſt. Aug. Confeſſ. p.266. ſeqq. 289. 322. 324. 348. Oſiandri *Epit. Hiſtor. Eccleſ. Cent. XVI. Lib. II. cap. 35. p. 246. ſeqq.*

§. 7.

Tandem etiam, & quidem poſt obitum *Lutheri*, *Johannes Calvinus*, qui, cùm Argentinæ Profeſſorem ageret, ita modeſtè & circumſpectè de SS. Cœna locutus erat & ſcripſerat, ut inter Lutheranos Theologos numeratus, aliquibus Colloquiis cum Pontificiis habitis, ante bellum Smalkaldicum adhiberetur, Genevam vocatus Zvvinglianis ſe adjunxit, atque cum Tigurinis Annô MDXLIX. in re Sacramentaria conſenſum iniit, ubi *Artic. penult.* ita ſcribit: *Tametſi Philoſophicè loquendo ſupra cælos locus non eſt: quia tamen corpus Chriſti, ùt fert humani corporis natura & modus, finitum eſt, & cælô, ùt locô, continetur, NECESSE EST, A NOBIS TANTO LOCORUM INTERVALLO DISTARE, QUANTUM COELUM ABEST A TERRA.* Hiſt. Aug. Conf. p. 460. Oſiand. *Cent. XVI. Lib. II. Cap. 75. p. 520.* Sicque ſubſequenti tempore venenum Zvvinglianum per multas Germaniæ partes, imò per Angliam, Poloniam, Transſylvaniam, Galliam ſcriptis ſuis effudit *Calvinus.*

CAP.

Digitized by Google

CAPUT II.

De clandeſtina Zvvinglianorum in Regna, Principatus & Ducatus irreptione.

§. 1.

Annô MDXLVII. *Petrus Martyr*, hactenus in Illuſtri Argentinenſium Collegio Profeſſor Theologus, venenum Zvvinglianum Argentinæ diſſimulatum in Anglia diſſeminavit, ab *Eduardi VI.* tenelli Regis Angliæ Tutoribus, Pontificiam Religionem extirpaturis, ad interpretandas Sacras litteras Oxoniam vocatus. Cui ſe aſſociavit *Bernhardinus Ochinus*, Italus Senenſis, ex Monacho Zvvinglianus, deinde Anabaptiſta, & demum Arianus factus. Hiſt. Aug. Conf. *p. 454. ſeqq.* Sleidan. *Lib. XIX. p. 353.* Cumque *Thomas Cramerus*, Archi-Epiſcopus Cantuarienſis, Papatum radicitus evulſum vellet, *Martinum Bucerum* & *Paulum Fagium* Annô MDXLIX. Argentoratô in Angliam evocavit, eosque Cantabrigiam miſit, ut ibi ſementem puræ doctrinæ facerent. Laudabilis fuiſſet hic Archi-Epiſcopi conatus, niſi delectu erràſſet, & puriores Evangelii Doctores vocâſſet, nec Calviniano dogmati, quod hodienum in Anglia obtinet, portam aperuiſſet. *Paulus Fagius* eô ipsô, quo Angliam petiit, Annô, febri quartanâ Cantabrigiæ periit, quem deinde Annô MDLI. *Martinus Bucerus* ſecutus eſt. Sleidan. *Lib. XXI. p. 386. 396. Lib. XXII. p. 414.* Oſiand. *Cent. XVI. Lib. II. Cap. 73. p. 513. Lib. III. Cap. 1. p. 554.* Cumque defunctô *Eduardô VI.* juſſu *Mariæ*, Angliæ Reginæ, Ponti-

Digitized by Google

ficia Religio in Anglia reſtitueretur, *Petrus Martyr* Annô MDLIV. Argentinam rediit, & præter Sacram Scripturam Ariſtotelem explanavit. Aſt cum Formulam Concordiæ Annô MDXXXVI. Wittebergæ initam amplecti nollet, nec invariatam, ſed mutilatam illam à Philippo Melanchthone Confesſionem Auguſtanam reciperet, eò res deducta eſt, ut Annô MDLVI. Argentinâ relictâ, Tigurum commigraret, ubi errorem Sacramentarium, perinde ùt in Galliis, egregiè diſſeminavit, donec Annô MDLXII. è vivis excesſit. Sleidan. *Lib. XXVI. p. 512.* Hiſt. Aug. Confeſſ. *p. 459. 467.*

§. 2.

Annô MDLIII. *Johannes Lasky*, Nobilis Polonus, qui peculiarem in Anglia inſtituerat Eccleſiam Zvvinglianam, ab Angliæ Regina, *Maria*, dimiſſus cum duabus navibus Calviniſtarum plenis ex Anglia in Daniam, & quidem Hafniam pervenit. Cùmque *Paulus Noviomagus*, Concionator Aulicus, in concione quadam inter alia errorem Calvinianorum taxâſſet, *Lasky* ſcriptum quoddam ipſi oppoſuit, in quo ex aſcenſione Chriſti in cœlum, præſentiam ejusdem in S. Cœna negare auſus fuit. Qua de cauſſa inter *Noviomagum* & *Lasky* ejusque ſocios inſtitutum eſt colloquium, in quo Lasky cum ſuis palàm eſt confeſſus: *Se Lutherum, Auguſtanam Confesſionem atque Eccleſias Saxonicas non curare.* Quam ob rem *Chriſtianus*, Rex Daniæ, cùm Calviniani nec *Lutheri* doctrinam ſequi, nec iisdem ceremoniis à *Luthero* inſtitutis uti vellent, eos Regnô excedere jusſit. Subitam hanc Calvinianorum dimisſionem tam indignè tulit Lasky, ut, licèt lautisſimo, 100. ſcil. Joachimicorum viatico esſent condecorati, acerbâ epiſtola Regem impietatis accuſa-

346

cuſaret. Sleidan. *Lib. XXV. p. 480.* Oſiand. *Lib. III. Cap. 15. p. 608. ſeq.* Hiſt. Aug. Conf. *p. 467. ſeqq.*

§. 3.

Ex Dania poſtquam *Lasky* cum ſuis diſcesſiſſet, pars ipſorum Roſtochium, pars Wiſmariam, alii Lubeccam, alii Hamburgum petierunt, ubi ſtatim Noſtrarum Eccleſiarum doctrinam arrodere, concionatores contemnere, ad Magiſtratus ſcribere, & Eccleſias perturbare cœperunt. Quæ res etiam in omnibus hisce locis diſcesſum eis maturavit. Atque ita Zvvingliani nullum receptaculum in Dania, nec in inferiori Saxonia invenire potuerunt, ſolâ Bremenſium urbe exceptâ, in qua *Johannes Lasky*, operâ *Alberti Hardenbergii*, Theologiæ Doctoris & Bremenſium Concionatoris, virus Sacramentarium inſidioſisſimis, ſceleratisſimisque fraudibus & technis diſſeminavit. Et quamvis *Albertus Hardenbergius*, communi Statuum Provincialium conſenſu, Bremâ, & ex inferiori Saxonia Annô MDLXI. ſit relegatus, ſuos tamen reliquit Sectatores Crypto-Calvinianos, eosque inter *Chriſtophorum Pezelium*, quorum infelici operâ Eccleſia Bremenſis Calviniani dogmatis venenô eſt infecta, ſedulam præprimis operam navantibus Eccleſiæ & Academiæ Wittebergenſis Doctoribus & Profeſſoribus. Namque Wittebergenſes Theologi Crypto-Calviniani ad lubitum *Danielis Burenii*, Conſulis Bremenſis, tales miniſtros verbi Bremam miſerunt, qui Calviniſmo probè delibuti, Eccleſiam illam venenô Sacramentariô inficerent, quos, reclamante licèt Senatu & Miniſteriô illius loci, idem Conſul armatâ manu Eccleſiæ obtrudere auſus fuit. Hiſt. Aug. Conf. *p. 471. 575. 586.* Hutteri *Concord. Conc. Cap. II. p. 44.*

Digitized by Google

§. 4.

Annô MDLVII. cùm Proceres Regni Poloniæ in conventu Warſovienſi à Rege peterent, ut de recipienda Auguſtana Confesſione deliberaretur; cumque non expectatô Regis conſenſu, quem Epiſcopi Poloniæ impediebant, Evangelium ad mentem Auguſtanæ Confesſionis doceri in propriis ſuis Provinciis & prædicari curarent, eô ipsô tempore *Johannes Lasky*, vir apud Polonos magnæ autoritatis, callidus & blandus Calviniſta, è Friſia Orientali, quò Bremâ relictâ ſe contulerat, in Poloniam rediit. Quo factô doctrina Evangelii in Polonia non purè & ſincerè eſt propoſita, ſed fermentô Calviniſticô corrupta, & magna Poloniæ pars Calviniſmo infecta. Oſiand. *Cent. XVI. Lib. III. cap. 26. p. 651.*

§. 5.

Annô MDLXI multi Miniſtrorum in Eccleſias Saxonicas, quæ ſunt in Transſylvania, noviter ingresſi, Zvvinglianam ſive Helveticam de Eucharistia opinionem introducere ſunt conati, quibus Concionatores Orthodoxi acriter ſeſe oppoſuerunt, & aliquot ex Eccleſiarum Miniſtris ad præcipuas Academias Saxonicas conſilii exquirendi gratiâ cum Confesſione ſua in Germaniam ablegârunt, quibus *Johannes II* Rex Hungariæ, litteras commendatitias ad *Auguſtum* Electorem Saxoniæ, nec non Lipſienſem, Wittembergenſem & Roſtochianam Academias fidei conciliandæ gratiâ impertiit. Et quamvis Academia Roſtochiana ad poſtulata ablegatorum miniſtrorum Transſylvanicorum piè & γνησίως Lutheranè reſponderet; Lipſienſes tamen & Wittebergenſes, licèt ab *Auguſto*, Electore Saxoniæ ad edendam perſpicuam, ſolidam & planam reſponſionem admoniti, animi ſui ſen-

ſenſa prodere non ſunt auſi; ſed fumos venditârunt, atq; de cepis interrogati de alliis reſponderunt, & ita ſtabiliendi in Transſylvania Calviniſmi occaſionem dederunt. Hiſtor. Aug. Conf *p. 597. ſeqq.*

§. 6.

Eodem annô Calviniſmus, qui è vicinis locis, Genevâ ſc. & Baſileâ, Galliam invaſerat, operâ *Theodori Bezæ* & *Petri Martyris*, in Gallia radices agere cœpit. Cùm enim impulſu eorum, qui Papatui renunciârant, variæ actiones atque tractationes de reformatione in Eccleſia inſtituenda, per *Catharinam Mediceam*, *Caroli IX.* tenelli Regis Matrem ſuſciperentur, ad hanc deliberationem *Beza* Genevâ, & *Petrus Martyr* Tigurô Posſiacum ſunt accerſiti. Cùm autem Pontificii de nullo articulo cum iis agere vellent, niſi priùs de Articulo Cœnæ Dominicæ juxta Confeſſionem Auguſtanam liquidò & ſufficienter mentem ſuam aperuiſſent, Calviniani hi collocutores, ad tegenda & tamen paulatim diſſeminanda dogmata Calviniana variis inſidiis & amphiboliis uſi ſunt, de quibus infrà Cap. X. §. 2. erimus acturi. Hiſt. Aug. Conf. *p. 619.*

§. 7.

Anno MDLIX. Calviniani in Palatinatu Simmerenſi, & quidem Heidelbergæ prodierunt. Namque *VVilhelmus Clevvizius*, Eccleſiæ Heidelbergenſis Miniſter, vir naturâ facundus, acutô & acri ingenio, non tamen ſolidè doctus, cùm in Ducatu Würtembergico Calviniſmum diſſimulâſſet, Heidelbergæ *Calvini* opinionem publicè defendendam ſuſcepit. Huic cùm *Tilemannus Heshuſius*, Theologiæ Doctor, & Eccleſiæ Heidelbergenſis Superintendens non injuriâ ſe opponeret, *Fride-*

ricus III. Elector Palatinus, certis hominibus ad *Philippum Melanchthonem* ablegatis, conſilium illius de hoc negotio exquiſivit, qui conſiliô ſuô, ſed privatim, inſciis etiam, ne dum ſuaſoribus aut impulſoribus Noſtrarum Eccleſiarum Miniſtris, conſcriptô, pro ſumma ſua ac propemodum nimiâ lenitate atque indulgentiâ, triſtisſimæ piorum Eccleſiæ miniſtrorum perſecutioni in Palatinatu & alibi concitatæ occaſionem dedit. Et quamvis ſubſequenti annô *Johannes Friedericus II.* Dux Saxoniæ ad *Friedericum* Electorem Palatinum ſocerum, adductis ſecum *Maximilianô Martinô* D. & Paſtore Coburgenſi, nec non *Johanne Stoſſeliô*, Paſtore Heltburgenſi, tunc temporis in Articulo de S Cœna adhuc orthodoxô, qui præter conciones & collocutiones non ſolùm cum Theologis Calvinianis; ſed etiam cum Electore ipſo habitas, diſputationem publicam in Academia Heidelbergenſi inſtituerunt, Heidelbergam ſe conferret; *Friedericum* Electorem, ab impio & blaſphemo errore abducturus, parùm tamen, vel omninò nihil obtinuit. Siquidem Annò MDLXIII. in Palatinatu Simmerenſi, præcipuè verò Heidelbergæ, per *Friedericum III.* Calviniſmus apertè receptus eſt, imaginibus è templis unà cum altaribus remotis: exorciſmô circa baptiſmum & aliquibus diebus feſtis abrogatis: nec non exploſô Lutheri Catechiſmô, & aliô totô Calviniſticô ſubſtituto. Hiſt. Aug. Conf. *p. 530. 542.* Oſiand. *Cent. XVI. Cap. 35. p. 685. cap. 53. p. 751.* Hutteri *Concord. Conc. Cap. II. p. 46.* Defunctô *Friedericô III.* Electore Palatinô ſucceſſit ipſius Filius *Ludovicus*, Princeps Optimus, & Sacrarum litterarum Lector aſſiduus, qui non tantùm Libro Concordiæ ſubſcripſit; ſed etiam, piô planè & laudabili exemplô, Lutheranis tem-

pla

pla ſua reſtituit, Paſtores Calvinianos ejecit, omnesque adeò tum Doctores, tum eorundem Auditores, qui Catechesin Palatinam abjicere nollent, dimiſit & diſperſit. Aſt poſt beata *Ludovici* fata, Annò nim. MDLXXXIII frater ipſius *Johannes Caſimirus Friederici IV.* Ludovici Filii, Tutor & Adminiſtrator, Calvinianæ Sectæ præcipuus totô vitæ tempore Patronus; & infenſiſſimus purioris Religionis hoſtis, orthodoxam Religionem, à Fratre *Ludovico* Electore in Palatinatu reſtitutam, in impuram Calviniſticam transformavit, uſus operâ *Joh. Jacobi Grynæi*, qui, cùm Gradum Doctoris in Academia Tubingenſium peteret, Præſide *Jacobo Andreæ* diſputationem *de Majeſtate Hominis Chriſti*, deque Cœna Dominica contra Calvinianos habuit, &, quàm diu Rötelanæ Eccleſiæ Paſtor in Marchionatu Badenſi fuit, orthodoxam fidem profeſſus eſt. Verùm Baſilæam vocatus cœpit Calviniſmum amplecti, aut certè hactenus in corde latentem detegere. Hic, licèt in diſputatione, Heidelbergæ, ubi Reformatorem agebat, An. MDLXXXIV. habitâ, turpiter ſtetiſſet, nihilo-tamen-minùs Eccleſiis & Academiæ Heidelbergenſi contra Teſtamentum *Ludovici Pii* Calviniſmus ipſius operâ eſt obtruſus. Oſiand. *Cent. XVI, Lib. IV. Cap. 20. p. 962. ſeqq.* Parili ratione in Palatinatum Bipontinum irrepſerunt Calviniani. Cùm enim Annô MDLXXVII. à *Johanne* Palatino, Principe Bipontino, ut & ab ejusdem Theologis citra omnem exceptionem Libri Concordiæ ſubſcriptiones eſſent expeditæ, miſſæ tum temporis ſunt Calvinizantium quorundam Principum & Theologorum Cenſuræ, Libro Concordiæ oppoſitæ, quarum Autoritate & lectione Bipontinus motus, jam dum expeditas & peractas ſubſcriptiones retraxit.

Digitized by Google

traxit. Fuit autem defectionis hujus cauſſa præcipua, quòd impuras illas Cenſuras ipſe Princeps legit, remotô D. *Jacobô Heilbrunnerô*, Concionatore aulicô, & adhibitis duntaxat Politicis quibusdam Conſiliariis, partim Calviniſmo clam faventibus, partim rerum Theologicarum ignaris, qui Principem alioquin ſatis bonum dehortati ſunt, ne Theologorum & Miniſtrorum ſuorum ſubſcriptiones transmitteret. Et quamvis D. *Heilbrunnerus* ſolidum atque nervoſum reſponſum ad omnes & ſingulas cenſuras heterodoxas exhiberet, nullis tamen admonitionibus locus datus, quin potiùs ipſe *Heilbrunnerus*, poſt biennium circiter, ditione Bipontinâ ejectus, & ita Ducatus Bipontinus Calviniſmo infectus eſt. Inſuper Annô MDLXXXVIII. novelli Eccleſiarum Bipontinarum turbatores, explosô Lutheri Catechiſmô, novum quendam conſcripſerunt, inque eo publicando inſigni fraude uſi ſunt. Etenim non de nova Catecheſi, ſed de veteris explicatione, quæ adultioribus utilis eſſe posſit, laborari, Principi non facilè in novum quendam Catechiſmum conſenſuro perſuaſerunt. Et licèt *Johannis* Bipontini fratres, *Philippus Ludovicus, Otto Henricus, Friedericus* & *Carolus* omnem moverent lapidem, fratrem errantem ac miſerè ſeductum ad viam reducendi, ob eamque cauſſam Colloquium Neoburgi ad Danubium Annô MDXCIII. inſtituerent, omnes tamen incaſſum laborârunt. Hutteri *Concord. Conc. Cap. XXII. p. 698. & 699. Cap. LI. p. 1277. ſeqq.*

§. 8.

Eadem quoque fata habuit Principatus Anhaltinus. Hujus enim Princeps *Joachimus Erneſtus*, ejusq; Theologi, unà cum aliis, Libri Concordiæ ſubſcriptionem recusâ-

cuſârunt,maximè impulſu *VVolfgangi Amlingi*, qui vir erat falsâ eruditionis opinione inflatus,ætate juvenis, & audax. Hic,quamvis in Colloquio Herzbergenſi Anno MDLXXVIII. ab *Auguſto* Electore Saxoniæ inſtituto, orthodoxis Theologis juxta propriam Anhaltinorum Politicõrum confesſionem par eſſe non poſſet,Calviniſmum tamen in Principatum Anhaltinum intulit, quem ſubſequentibus temporibus maximô conatu propagavit & propugnavit *Marcus Friedericus VVendelinus*, Gymnaſii Anhaltini Rector,nimis rigidus Calviniſta. Oſiand. *Cent. XVI. Lib.IV.Cap.21.p.965.*Hutteri *Concord. Conc.Cap.XXIII. p.721.*

§. 9.

Nec intentatam reliquerunt Calviniani Hasſiam ſuperiorem. Cùm enim *Ludovicus* Hasſiæ Landgravius Annô MDCIV. fatis conceſſiſſet, & ſuperioris Hasſiæ pars dimidia, cumprimis verò Academia Marpurgenſis *Mauritio* Hasſiæ Landgravio, *VVilhelmi* filio obtigiſſet, nihil inexpertum reliquerunt, quò profligatô Lutheraniſmô Calviniſmus introduceretur. Ad hoc obtinendum, orthodoxos Marpurgenſis Academiæ Theologos, ad Synodalis cõſtitutionis,A.MDLXXVII.& MDLXXVIII. aſtutiâ quorundam Crypto-Calvinianorum factæ, obſervationem,nec non Decalogi ratione diviſionis decem Præceptorum correctionem,panis item Eucharistici fractionem & imaginum abolitionem adſtrinxerunt. Cùm autem Theologi orthodoxi, & ex his *Heinricus Leuchterus* Superintendens,*Johannes VVinkelmanno* & *Balthaſar Menzerus*, Theologiæ Profeſſores,in hæc capita conſentire nec poſſent, nec vellent, eosdem functionibus Eccleſiaſticis & Academicis exutos, Annô MDCV. emigra-

Digitized by Google

re juſſerunt , ſubſtitutis in eorundem locum *Georgiô Schönfeldiô, Valentinô Schonero, Caſparô Sturmiô*, aliisque. Quo facto plebs concitata ſub tempus concionis in templum irruit,& concionatores Calvinianos tam immaniter tractavit,ut morti quàm vitæ eſſent viciniores, vociferantibus civibus: *Exite nebulones,templum hoc noſtrum eſt.* Quem tamen tumultum *Mauritius* armatâ manu repreſſit,& cives ad officium reduxit. Hutteri *Concord. Conc. Cap.LVIII.p. 1455.ſeqq.* Joh. Læti *Compend. Hiſt. Univerſ. p. 484.* Cùm autem *Mauritius* ſententiâ Cæſaris *Ludovico V* Darmſtadenſi Marpurgum Annò MDCXXIV. reſtituere cogeretur, *Ludovicus* Academiam Gieſſenam Annô MDCV. à ſe fundatam Marpurgum tranſtulit, quam urbem tamen unà cum ditione & Academia *VVilhelmus VI.* Mauritii nepos poſtea recuperavit, & Calviniſmum de novo introduxit.

§. 10.

Regionibus atque Principatibus hisce Calviniſmô infectis , Calviniani ulteriùs evagandi licentiam ſibi ſumſerunt. Fuerant hactenus Electores & Marchiones Brandenburgenſes acerrimi Religionis orthodoxæ aſſertores & vindices. Namque *Johannes Georgius* Elector, ejusque filius *Joachimus Friedericus*, tum temporis Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis, pòſt Elector Brandenburgicus, non tantùm Libro Concordiæ unà cum aliis Principibus & Imperii Statibus Orthodoxis ſubſcripſerunt; ſed etiam litteris Reverſalibus,ſe nunquam ab invariata Auguſtana Confesſione receſſuros,nec aliam doctrinam eidem adverſam in ditionibus ſuis proponi, aut nova Doctrinæ Corpora,Eccleſiaſticos ritus & ceremonias introduci paſſuros,ſanctè promiſerunt, ſicut id partim

Digitized by Google

tim ex præfatione Libri Concordiæ, partim ex Optimi Principis *Johannis Georgii* Electoris Brandenburgici litteris Reverſalibus Annô MDLXXII. in negotio Religionis, ut & ex Reverſalibus *Joachimi Friederici*, Electoris Brandenburgenſis Annô MDCII. d. 14. Mart. ad oculum plùs ſatis pateſcit. Acceſſerat & hoc, quòd *Johannes Sigismundus*, tunc Marchio, pòſt Elector Brandenburgicus, ex laudabili Parentis voluntate & pia cura, Anno MDXCIII. d. 27. Jan. Halæ Saxonum in arce Moritzburg ſequentem Obligationis formulam propriâ manu ſubſcriptam, præſentibus *Johanne Buchbachiô*, Conſiliariô, *Simone Gedikiô*, Concionatore Aulicô, *Johanne* à Minkgenwoden/ Ephoro, nec non M. *Georgio Teutſchio*, Informatore, ediderit: Ich Johannes Sigmund / Marggraf zu Brandenburg/ in Preuſſen Herzog/ &c. bekenne mit dieſer meiner Handſchrifft / daß ich aus wohlbedachten Muth/ dem Durchläuchtigſten/ Hochgebohrnen Fürſten/ Herrn Joachim Friederichen/ poſtulirten Adminiſtratorn des Primats und Ertzſtiffts Magdeburg/ Marggrafen zu Brandenburg/ in Preuſſen Herzogen &c. Meinem Gnädigen und Geliebten Herrn Vatern / mit Hand und Mund verheiſchen/ angelobet und zugeſaget habe/ daß ich bey der ein mal erkandten und bekandten wahren Religion Göttliches Worts/ dabey ich von Jugend auff erzogen / als bey der Bibel / Prophetiſchen und Apoſtoliſchen Schrifften Altes und Neues Teſtaments/ den dreyen bewährten Symbolis, Augſpurgiſcher Confeſſion, ſo Kayſer CAROLO V. Anno 1530. übergeben / und derſelben Apologia, Schmalkaldiſchen Articuln / groſſen und kleinen Catechiſmis Lutheri, und Formula Con-

cordiæ, ſo ſich darauff gründet / beſtändiglich bleiben und verharren/ und mich von keinem Menſchen davon abhalten laſſen/ daß ich auch künfftig in Schulen und Kirchen dieſen zu wieder keine Veränderung machen/ nach derentwegen einigen Unterthanen oder treuen Lehrer beſchweren/ noch verfolgen/ ſondern alles in iezigen Stande iedes Orts / und einem iedem bey obberührter reiner Lehre ungehindert bleiben laſſen will. Und daß ich demſelben alſo gemäß mich erzeigen/ und dieſe meine Zuſage und Gelübdnüß halten will/ habe ich ſolches mit eigenen Händen unterſchrieben. Geſchehen zu Hall / den 27. Jan. Anno 1593. Hoc tamen non obſtante maleferiatorum quorundam hominum, præprimis autem vafris unius Conſiliarii Calviniani conſiliis, Serenisſimus Elector *Johannes Sigismundus*, poſtquam Heidelbergenſem aulam crebrò viſitâſſet, ſe circumveniri, &, boni forſan alicujus publici cauſſa, eò usque impelli paſſus eſt, ut laudabilisſimis Majorum veſtigiis deſertis, poſthabitâ etiam obligationis Halienſis formulâ, menſe Februariô Annô MDCXIV. editô publicô Edictô, Calvinianis ſe aſſociaret, perſuaſus, in rebus divinis nullam valere obligationem, maximumque peccatum eſſe, Spiritui S. per ejusmodi obligationes obicem ponere, quò minùs efficere in nobis opus ſuum, nosque perducere ad veritatis agnitionem valeat. Quæ exceptio quidem locum habet, quando obligationis formula ad erroneam Religionem eſt reſtricta. At verò non Noſtram, ſed Calvinianorum Religionem non tantùm in quæſtionibus circa fidem enatis, verùm etiam in ipſa fidei doctrina eſſe erroneam, tot ſcripta à Noſtratibus in vulgus edita loquuntur. Hutteri *Conc. Conc. Cap. LVI.*

Digitized by Google

LVI. p. 1439. ſeqq. Ejusdem *Calviniſta Aulico-Polit. Cap. I. p. 24. ſeqq.* Nec Majoribus ſuis meliores, quin potiùs iisdem deteriores ſunt hodierni Calviniſtæ. Quibus enim artibus hinc inde ad extirpandam Religionem Lutheranam, & introducendum Calviniſmum hactenus uſi ſint, & hodienum utantur, non paucæ Noſtratium Eccleſiæ malô ſuô ſatis ſunt edoctæ. DEUS Eccleſiam ſuam, extremum periculum metuentem, tegat & protegat, divinæ veritatis hoſtes fundat & confundat, nosque aliquando ex Eccleſia militante in Eccleſiam triumphantem Sanctisſimorum Angelorum manu ferat & transferat, Amen!

CAPUT III.

De Auguſtana Confesſione privatô conſiliô à PHILIPPO MELANCHTHONE mutata.

§. I.

PErſonatus ille Calviniſta, *Ambroſius VVolfius*, pro impudentia & vanitate ſua aſſerere non erubuit, primam Confesſionem Auguſtanam Annô MDXXX. CAROLO V. exhibitam, neceſſariò mutandam fuiſſe, quia in Articulo X. Transſubſtantiationem Papiſticam approbârit: eamque mutationem communi Principum & Statuum Imperii Proteſtantium conſiliô atque deliberatione *Philippo Melanchthoni* injunctam, & Anno MDXL. & XLI. mutatam illam Confesſionem receptam eſſe, eâ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

prorſus formâ & modô,eôque ſenſu, quô Sacramentarii de Cœna Dominica ſentiunt. Aſt utrumque craſsiſſimum & impudentisſimum eſt figmentum. Namque *Lutherum* decenniô, ante Confesſionem Auguſtanam à ſe delineatam, Transſubſtantiationis Pontificiæ figmentum jam dum ſimpliciter rejeciſſe & improbâſſe patet ex libro *de Capt. Babyl.* & libro *contra Regem Angliæ* bienniô pôſt edito. Vid. Ejusdem *Tom. II. Jen. p. 262. & 529.* Præterea nec ipſe *Philippus Melanchthon*, nec Principes & Status Imperii Proteſtantes, à quibus *Carolo V.* tradita eſt Confesſio Auguſtana, per vocabulum (*Species*) Pontificio errori adſtipulare,quin potiùs,ſicut in aliis, ita etiam in hoc articulo, à Pontificiis ſe ſeparare voluerunt, per vocabulum (*Species*) *non nudam ſpeciem* absque ſubſtantia; ſed ſicut Apologia declarat, *Res illas, quæ videntur*, intelligentes. Hiſtor. Aug. Conf. *p. 364.* Hutteri *Calviniſta Aulico-Polit. Cap. I. p. 41. ſeqq.*

§. 2.

Nec veritati conſentaneum eſt, *Melanchthonem* publicâ Statuum Imperii Proteſtantium autoritate mutationem illam ſuſcepiſſe, mutatamque Confesſionem ab omnibus Proteſtantibus receptam fuiſſe. Conſtat enim, mutationem iſtam Philippo nullô unquam tempore demandatam,ſed *Lutherô*,inclytô Electore Saxoniæ, omnibusque Ordinibus invitis, privatô tantùm conſiliô ab ipſo ſuſceptam fuiſſe. Namque B. *Lutherus* non unâ vice hanc mutationem improbavit, Philippum dehortando,ut ab ejusmodi Auguſtanæ Confesſionis mutatione & auctione abſtineret. Imò interdum cum ipſo expoſtulans dixit: *Quis hoc tibi mandavit?* Hütteri *Calviniſta Aulico-Polit. Cap. I. p. 23.*

§. 3.

352

§. 3.

Improbavit quoque eam *Philippus* ipſe, cùm alterô ſtatim poſt factam mutationem annô, in Colloquio Ratisbonenſi, reſtitutis, quæ variaverat & expunxerat, verbis, priſtinum Confesſionis tenorem retinere, & factô ipſô in ſolenni conventu Imperiali poſteriorem mutatam editionem exautorare cogeretur. Vid. infrà *Cap. VII. §. 1.*

§. 4.

De hac ipſa Confesſione privatô *Philippi* conſiliô mutata, D. *Pontanus* Electorem Saxoniæ *Johannem Friedericum* admonuit, ſequentibus verbis, quæ litteris conſignata Electorique tradita hodienum in Cancellaria Saxonica, quæ Vinariæ eſt, reperiuntur: *Dicunt M. Philippum etiam conatum eſſe, Celſitudinis Veſtræ & cæterorum Principum atque Ordinum Confesſionem coram Cæſarea Maj. editam, in quibusdam capitibus immutare, mitigare, editionemque illius de novo repetere, id quod, Veſtræ Celſitudinis opinione, quia Confesſio ea non ipſius, ſed Veſtræ Celſitudinis & reliquorum Ordinum propria eſt, INTERMITTERE DEBUISSET. Hinc enim Celſitudini Veſtræ, & reliquis ejusdem Confesſionis ſociis, incertitudinem atq; inconſtantiam in doctrina objectam, & vulgus quoque hominum offenſum eſſe &c.* Hisce verbis Elector Saxoniæ motus per eundem Cancellarium *Pontanum* Philippum objurgavit, quòd privatô auſu, librum Statuum Imperii atque Eccleſiæ publicum mutârit, mutatumque in publicum edere non veritus fuerit. Hiſt. Aug. Conf. *p. 364.*

§. 5.

Ad eundem modum mutationem illam improbavit Univerſa Proteſtantium Eccleſia. Cùm enim Sacramen-

Digitized by Google

mentariorum culpâ tot tamque diverſa ac diſſona Auguſtanæ Confesſionis extarent exemplaria, ut alius hanc, alius aliam editionem pro ſuæ ſententiæ confirmatione allegaret, & ferè ignoraretur, quodnam exemplar avthenticum cenſeri & haberi debeat, & talis Auguſtanæ Confesſionis Exemplarium διαφωνία Ordinibus Proteſtantium à Pontificiis objiceretur & exprobraretur, factum eſt, ut Annô MDLXI. frequens Electorum & Principum conventus Naumburgi, menſe Januario inſtitueretur. Ubi in familiaribus Electorum ac Principum litteris, quibus ad illum Conventum mutuò ſeſe excitabant, hæc ſemper adjuncta, & poſtmodum etiam ſubinde repetita fuit clauſula: *Nihil aliud actum tractatumque iri præter Confesſionem Auguſtanam, Anno MDXXX. Imperatori* Carolo V. *in Comitiis Auguſtanis exhibitam.* Digna profectò ſunt, quæ huc transſcribantur, Electorum, Principum, atque Statuum Imperii Proteſtantium verba, hanc in rem facientia. Ita namque Sereniſſimus Elector Saxoniæ, *Auguſtus*: *Non poſſum celare Charitatem Veſtram, mihi de nulla alia Confesſione Auguſtana conſtare, quàm de illa, quæ Cæſarea Maj. in Comitiis Auguſtanis Annô MDXXX. per Electorem* Johannem *felicis memoriæ, Hasſiæ Landgravium, & alios paucos Principes, Comites atque urbes exhibita eſt.* Item, *ſicuti per Domini gratiam in pia, ſincera, ac ſana hujus Confesſionis doctrina à dilectisſimis Parentibus educatus ſum, & adolevi: ita etiam, Dominô me clementer juvante, conſtanter in ea perſeverare, eandemque publicè profiteri conſtitui.* Cum Electore Saxoniæ idem omninô ſenſit *VVolfgangus*, Princeps Anhaltinus, cujus verba ad *Auguſtum* Electorem ſunt, quæ ſequuntur: *Paratus ſum ad Confesſionem Auguſtanam,* *prout*

prout Auguſtæ Imperatoriæ Majeſtati exhibita, & ab Electore Johanne *aliisque Principibus, & à me etiam ſubſcripta eſt, denuò ſubſcribendam, cum ea tamen exceptione, ut hæc priori iſti per omnia ſit conformis, NEC quidquam in ea IMMUTETUR: Facilè enim Celſitudo Veſtra intelligit, quàm mihi futurum ſit grave, quantamque levitatis ſpeciem habiturus ſim, ſi aliam confesſionem, & ab ea, quæ Auguſtæ Imperatori exhibita eſt, diverſam, meâ ſuſcriptione confirmare deberem.* Ex horum etiam mente ſenſuque loquuntur *Henricus* Junior, & *Guilhelmus* Junior, Lunæburgici Duces, in litteris ſuis ad Electorem Saxoniæ exaratis: *Nos in illa fide & religione Confesſionis Auguſtanæ, quam Parens Noſter excellentis memoriæ Anno MDXXX. Auguſtæ profeſſus eſt, & unà cum aliis Cæſ. Majeſtati, laudatisſimæ recordationis, exhibuit, per Domini gratiam conſtanter ad finem usque vitæ noſtræ perſeverare decrevimus. In ea enim Dei beneficiò educati ſumus, & ipſi divinâ illuſtrati Gratiâ agnoſcimus, hanc eſſe veram fidem, & certisſimam æternæ ſalutis conſequendæ viam.* Et paulò poſt: *Ideoque non videmus, cur ſubſcriptionem detrectare debeamus. Fidei enim noſtræ, veræque Religionis confesſionem, Deô Spiritûs S. auxiliô nos confirmante, ad extremum usque vitæ halitum edemus.* Nec quisquam inter Omnes Electores & Principes tum temporis fuit, qui alii cuidam Confesſioni, præter illam, quæ An. MDXXX. Auguſtæ Imperatori eſt exhibita, ſubſcribendam eſſe cenſuit. Et nominatim *Philippus*, Hasſiæ Landgravius, qui A. MDXXX. unà cum aliis Statibus exhibitionem illius procuravit, expresſis verbis ad eam ſeſe refert, illiusque ſubſcriptionem atque obſignationem urget. Senatus quoque Noribergicus in litteris, *VVolfgango* Comiti Palatino, trans-

miſſis in hæc erumpit verba : *Celſitudo Veſtra clementer meminit, nos à prima ſubſcriptione Confeſſionis (quam unà cum reliquis Electoribus, Principibus atque Ordinibus Annô MDXXX. Caſ. Majeſtati, laudatiſſimæ memoriæ, per legatos noſtros exhibuimus) ſemper hoc ſtuduiſſe, ut in illa prima confeſſione perſiſteremus. Et ſicuti huc usque in omnibus tractationibus de Religionis negotiis interea habitis ad eam provocavimus: ita impoſterum etiam Dei omnipotentis auxiliô atque præſidiô in ea permanere conſtituimus. Jam pridem autem admoniti ſumus, confeſſionem hactenus de novo multoties excuſam, cum veteri noſtro exemplari minimè conſentire: idque inde eſſe audimus, quòd ſingulis vicibus, quando editiones repetitæ ſunt, aliquid vel immutatum, vel demptum, vel additum fuerit : cujus rei ne minimum quidem unquam nobis ab autoribus eſt factum indicium. Propter hanc exemplarium mutationem atque diſcrepantiam, deliberandi ſpacium poſtulamus.* Et non longè pòſt : *Quemadmodum autem Confeſſionem illam, prout Annô MDXXX. Auguſtæ exhibita atque intellecta eſt, ſubſcribere & ratificare parati ſumus: ſic quoque Dei beneficiô conſtanter in ea perſeverare cogitamus.* Similem in modum etiam alii Status Proteſtantes ſe declarârunt, his uſi verbis: *Libenter in ſubſcriptionem conſentiemus, ſi, prout rei gravitas poſtulat, certi reddamur, Auguſtanam Confeſſionem Annô MDXXX. exhibitam, in NULLUM ALIUM SENSUM aut INTELLECTUM, quàm quo Lutherus eam in Omnibus Articulis, & ſermone & ſcriptis explicuit ac declaravit, inflecti: & reliquas mutatas Confeſſionis Editiones, multiplicium errorum genitrices, juxta hanc primam, non contrà, hanc primam juxta illas exponendam atq; intelligendam eſſe.* Oſiand. *Cent. XVI. Lib. III. Cap.*

Cap.43. p.713. ſeq. Hiſt. Aug. Conf. *p.550. ſeqq.* Hutteri *Calviniſta Aulico-Polit. Cap. I. p. 11. ſeqq.* Ex quibus omnibus Solſtitiali Solis radiô clariùs apparet, mutationem illam Auguſtanæ Confesſionis privatô conſiliô à *Philippo* ſuſceptam, nec unquam aut usquam mutatam Confesſionem ab Imperii Statibus Proteſtantibus approbatam aut receptam fuiſſe.

CAPUT IV.

De denegata Zvvinglianis fraternitate.

§. 1.

Cùm Status & Ordines illi, qui excuſsô Papali jugô doctrinæ ac rituum mutationem in ſuis ditionibus inſtituerant, Annô MDXXIX. d. 19 April. contra Decretum Spirenſe conceptam, & coram omnibus Imperii Ordinibus publicè recitatam Proteſtationem traderent, non conceſſuri, ut ſub hac Decreti Spirenſis, cui oppoſita Proteſtatio fuit, clauſula (*Nominatim verò quorundam doctrina & hæreſis, in quantum ea venerabili Sacramento pretioſisſimi corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti contradicit, inter Ordines Sacri Imperii Provinciæ Germanicæ non recipietur, nec pro concione doceri permittetur*) Pontificii Status Imperii Proteſtantes inter ſe divellerent, & opportunitate oblatâ armis invaderent, probè ſecum perpendentes, quòd, ubi Pontificiis liberum relictum ſit, Zvvinglianos indictâ causâ proſcriptioni atque injuriæ objicere, contra ſemetipſos Pontificiis arma ſubminiſtrarent, præterea quoque de Zvvinglianis ab errore

in viam revocandis ſpem bonam concepiſſent, factum eſt, ut, cùm Controverſia illa Sacramentaria curſum Evangelii non parùm impediret, & in Proteſtatione etiam mentio facta eſſet, Zvvinglianos nondum eſſe auditos, *Philippus*, Haſsiæ Landgravius, ad conciliandos cum Helvetiis Saxones, *Martinum Lutherum, Philippum Melanchthonem* & *Juſtum Jonam* Witteberga, *Andream Oſiandrum* Noriberga, *Johannem Brentium* ex Salinis, ut & *Stephanum Agricolam* Auguſtâ, ab una; nec non ab altera parte *Johannem Oecolampadium* Baſilæâ, *Ulricum Zvvinglium* Tigurô, atque *Martinum Bucerum* & *Caſparum Hedionem* Argentoratô Marpurgum An. MDXXIX. evocaret, ubi primô die *Lutherus* cum *Oecolampadio* ſolo, & *Philippus* cum *Zvvinglio* ſolo privatim, alterô verò die publicè collocuti, in multis capitibus religionis conſenſerunt, in Articulo verò de S. Domini Cœna conſentire non potuerunt. Et quamvis *Zvvinglius* & *Oecolampadius* multos errores, exceptâ heterodoxiâ in Articulo de Cœna Dominica tum temporis abjeciſſent, noluit tamen *Lutherus* eosdem pro fratribus agnoſcere, ſed negatâ fraternitate Chriſtianam tantùm charitatem promiſit. Ita enim *Philippus Melanchthon* in *Summa Colloquii*, quam *Johanni*, Electori Saxoniæ, brevibus conſignatam miſit: *Sub finem negotii* Zvvinglius *&* Oecolampadius *magnopere petiverunt, ut pro fratribus ipſos haberemus: ſed in hanc ipſorum petitionem conſentire nullô modô voluimus, & duriùs etiam hoc nomine ipſos allocuti ſumus: Mirum nobis videri, qua conſcientiâ pro fratribus habere nos poſſint, quos errare in doctrina ſtatuant. Quomodo enim ferre poſſint, ut in ſuis cœtibus ſimul cum ipſorum dogmate, noſtra etiam ſententia doceatur & credatur, id*

quod

quod permittendum omninò ſit, niſi nos mutuò excommunicemus. Qua de cauſa etiam concluſio Articulorum, de quibus Marpurgi inter Nos & Zvvinglianos convenit, ita ſonat: *Etſi autem, an verum corpus & ſanguis Chriſti corporaliter in pane & vino Cœnæ Domini præſens ſit, hoc tempore non concordavimus, tamen una pars alteri Chriſtianam dilectionem, quantum cujusque conſcientia feret, declarabit, & utraque pars Deum omnipotentem diligenter orabit, ut nos Spiritu ſuo in vera ſententia confirmet, Amen.* Cumque non multò poſt colloquium Adverſarii de parta victoria triumphum canerent, occaſionem *Luthero* dederunt ad *Jacobum Probſtium*, Eccleſiæ Bremenſis Miniſtrum ſcribendi, ſequentibus verbis: *Quod Sacramentarii jactant, me eſſe Marpurgi victum, faciunt more ſuô: ſunt enim non ſolùm mendaces, ſed ipſum mendacium, fucus, & ſimulatio, quod teſtatur Caroloſtadius & Cinglius ipſis factis & verbis ſuis.* Quamvis itaque Zvvinglius in Colloquio Marpurgenſi palàm lachrymans coram Landgravio & omnibus fateretur, **es wären keine Leute auf Erden/ mit denen er lieber wolte einig ſeyn/ denn mit den Wittenbergern**/ nulla tamen *Zvvinglio* & *Oecolampadio* fraternitas à *Luthero* conceſſa, ſed tantùm Chriſtiana dilectio, quantum conſcientia ferat, promiſſa eſt. Sleidan. *Lib. VI. p. 100. ſeq.* Hiſt. Aug. Conf. *p. 111. 112. 124. 131. 132.* Hutteri *Concord. Conc. Cap. V. p. 179.* Oſiand. *Cent. XVI. Lib. II. Cap. 10. p. 141.*

§. 2.

Cùm Annô MDXXX. tradenda eſſet Auguſtana Confesſio, Zvvingliani ad ſuas partes etiam Imperii Principes pertrahere conati ſunt, hacque fini ſparſerunt quoddam ſcriptum, in quo magnopere ſuadebant

atque urgebant (id quod antea etiam, ſed fruſtrà, à Luthero fictam concordiam averſante, in colloquio Marpurgenſi petitum fuerat) ut Proteſtantium Theologi Zvvinglianos in ſuam ſocietatem ac fraternitatem recipere, & ad communem Auguſtanæ Confesſionis Imperatori à Proteſtantibus exhibendæ ſubſcriptionem admittere dignarentur. Quod ſcriptum primùm *Philippo*, Hasſiæ Landgravio allatum, & poſtmodum *Melanchthoni* ac *Brentio*, quos mitiores Luthero fore Landgravius ſperaverat, exhibitum fuit, ſed fruſtrà. Ita namque *Melanchthon* & *Brentius* inter alia ad *Philippum* Landgravium d. II. Jun. Annô MDXXX. ſcribunt: *Quod ad fraternitatem attinet, fortaſſis Chriſtiani, qui aliquo errore impliciti ſunt, nec tamen pertinaciter errorem defendunt, ut fratres tolerari poſſunt, ut & ipſe Servator Chriſtus diſcipulos ſuos tolerabat. At qui doctrinam falſam non modò introducunt in Eccleſiam, ſed etiam defendunt, pro fratribus agnoſcendi non ſunt: nullô enim modô falſæ doctrinæ aſſentiendum eſt.* Et paucis interjectis: *Hæc noſtra eſt de hac re ſimplex ſententia, quam etiam ſperamus nos Deo approbaturos. Quomodo enim poſſumus cum adverſariis fraternitatem inire, atque ita conſentire, ut doctrinam ſuam, velut veram & certam propugnent, cum tamen conſcientia noſtra aliter ſentiat, & ſtatuat, nec per diſputationem illorum certa reddi queat?* Ad eundem ferè modum in Reſponſione ad Replicam *Philippi*, Hasſiæ Landgravii, tum Zvvinglianizantis ſcribunt: *Quantum ad fraternitatem attinet, Celſitudo Veſtra ſimplicem noſtram ſententiam legit, quòd in eam conſentire non poſſumus, propterea quòd talis fraternitas ſine ſcandalo iniri non posſit: neceſſariò enim ſequeretur, ut alii ſentirent, nos in ipſorum doctri-*

ctrinam conſentire, eamque confirmare & ſtabilire, quam tamen coram Deo defendere & tueri nequimus. Hiſtor. Aug. Conf. *p.* 137. *ſeqq.* 146.

§. 3.

Annô MDXXXI. denuò ſparſum eſt quoddam ſcriptum, quo Zvvingliani adhuc, ùt anteà, diſputabant & urgebant, ut à Proteſtantibus Theologis Lutheranis in conſortium fraternitatis reciperentur. Quia autem eadem quæſtio de fraternitate cum Zvvinglianis ineunda Annô MDXXIX. ad *Lutherum* Marpurgi, & Annô ſubſequenti MDXXX. ad *Philippum* & *Brentium* Auguſtæ delata fuerat, iique hoc Zvvinglianorum poſtulatum diſſuaſerant, *Philippus* Haſſiæ Landgravius Scriptum hoc ad totam Facultatem Theologicam Academiæ Wittebergenſis transmiſit, ſi quid fortè eâ ratione obtineri poſſet. Sed Theologi Wittembergenſes communicatô conſiliô & ſententiis inter ſe collatis, communem Cenſuram conſcripſerunt, atque in *Philippi* & *Brentii* conſiliô acquieverunt, cujus Copia, ipſius *Melanchthonis* manu exarata in Saxonica Cancellaria Vinariæ adhuc aſſervatur. Ipſe quoque *Melanchthon* privatim ad Haſſiæ Landgravium ſcribens ſententiam ſuam hisce verbis expoſuit: *Sacramentarii pro fratribus neque haberi, neque agnoſci debent.* Quod *Philippi* conſilium hanc ob cauſam benè notandum eſt, quia adverſarii noſtri, *Philippum* poſt Dialogum *Oecolampadii* ad libellum *de Sententiis Veterum Patrum* An. MDXXV. editum, Sacramentariorum errori contradicere deſiiſſe, affirmare non erubeſcunt. Cumque hoc ipsô Annô XXXI. *Martinus Bucerus* Scriptum quoddam Conciliationis *Erneſto*, Duci Lunæburgico, nec non *Philippo*, Haſſiæ Landgravio transmitte-

ret,

Digitized by Google

ret,quod incertum ac dubium,& utrique parti, cothurni inſtar,accommodum erat, *Lutherus* Duci *Erneſto* ſuum de toto agitatæ conciliationis negotio conſilium miſit, exertis verbis ſcribens: *Fieri non poteſt,neque expedit,ut in ejusmodi ſententiam,qualis ab ipſo* (Bucero) *propoſita eſt,concordia inter nos ſanciatur & conſtituatur: ſiquidem ex tali conciliatione mala longè majora exoritura eſſent, quàm ea ſunt, in quibus nunc hæremus: id quod Celſitudo Veſtra pro ſua prudentia ipſamet facilè videbit. Ubi enim fama hujus Conſociationis emanârit, ferendum omninò erit,ut auditores ipſorum à nobis, & contrà noſtri ab ipſis Sacramentum petant: unde error planè intolerabilis ſecuturus eſt: ut videlicet noſtri nihil niſi merum panem ac vinum accipiant,& tamen corpus & ſanguinem Chriſti à ſe perceptum credant: ipſorum verò auditores apud nos Corpus & Sanguinem Chriſti ſumant, & tamen nihil ſe præter panem & vinum accepiſſe ſentiant. Hæ inquam & aliæ ſimiles abominationes ex inſtituta concordia naſcentur.* Hiſtor. Aug. Conf. *pag. 187. ſeqq.*

§. 4.

Annô MDXXXIV. *Nicolaus Ambsdorffius*, Nobilis Miſnicus,Profeſſor primùm Wittebergenſis, deinde Paſtor Magdeburgenſis, tandem ad Epiſcopatum Naumburgenſem,quem *Julius Pflug* petebat, Annô MDXLI. evectus,cùm *Buceri* Reconciliationem ad eum directam videret ſcopum, quaſi Lutherani & Zvvingliani ipſâ re convenirent, propoſitionibus quibusdam evulgatis diſputavit,nullam priùs concordiam cum Zvvinglianis eſſe ineundam, quàm in doctrina ſua contra Lutherum huc usque concionibus & ſcriptis propugnata, ſeſe erràſſe confesſi ſint. Hiſt.Aug.Conf *p. 255.*

§. 5.

§. 5.

Cum Annô MDXXXV. tractatio de Cœna Dominica inter Lutheranos & Zvvinglianos Caſſellis inſtitueretur, ad eamque *Bucerus* atque *Philippus* ablegarentur, Lutherus judicium ſuum in forma conſilii *Philippo* communicavit, in quo eum inſtruxit, non eſſe cedendum adverſariis, ſed manendum in ſimplicitate verborum Chriſti: aliter enim per conſcientiam non poſſe fieri concordiam, ſi Zvvingliani in hac erronea ſententia perſiſterent. Alioquin Luthero nihil antiquiùs fuit verâ in Chriſtô concordiâ, id quod ex ipſius inſtructione *Philippo* data ad oculum pateſcit, quando inquit: *Teſtis eſt mihi Deus, me, ſi fieri poſſit, diſſidium hoc meâ vitâ ac ſanguine redemturum eſſe.* Hiſt. Aug. Conf. *p. 260. ſeqq.*

§. 6.

Annô MDXXXVI. cùm ſuperioris Germaniæ Theologi *Capito, Bucerus* & alii iter ad Lutherum concordiæ ineundæ cauſsâ ſuſciperent, Elector Saxoniæ ad D. *Pontanum*, Cancellarium ſuum in hunc modum ſcripſit: *Omninò cautum iri ſperamus, ne ſuperioris Germaniæ Concionatoribus quicquam cedatur aut indulgeatur. Significari etiam ex hujus noſtri mandati præſcripto,* D. Martino *& reliquis Theologis volumus, ut in Auguſtana noſtra Confeſſione, & ejusdem Apologia, & Sacramento corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, conſtanter ac firmiter perſeverent & maneant, neque ullô modô, vel in minimo etiam articulo, dimoveri ſe ab illa patiantur. Quia enim ſuperiorum civitatum Concionatores ejusmodi libros emiſerunt, &* Zvvinglium *&* Oecolampadium *pro divis habent, facilè colligimus, exiguam concordiæ ſpem affulgere.* Hiſt. Aug. Conf. *p. 266. ſeq.*

§. 7.

In conventu Naumburgenſi Anno MDLXI. Electores & Principes Evangelici deſcribi curârunt Exemplar invariatæ Auguſtanæ Confesſionis, quæ Annô MDXXX. Imperatori *Carolo V.* exhibita fuerat,& illud deſcriptum exemplar(cui Artic. X. perſpicua damnatio Zvvinglianorum erat inſerta) obtulerunt Cæſari *Ferdinando I.* inſimul atteſtantes,ſe ab illa Confesſione hactenus nequaquam recesſiſſe,nec quidquam cum Zvvinglianis in doctrina habuiſſe,aut habituros commercii. Sicut & poſt illud tempus Electores & Principes mutuis litteris multoties ſeſe declarârunt: non poſſe ſe Zvvinglianorum dogmati quicquam loci in ſuis provinciis concedere, qua de re inclyti Electoris Saxonici ad Hasſiæ Landgravium amantisſimæ atque creberrimæ litteræ luculentum teſtimonium dicunt. *VVolfgangus* quoque Palatinus, & Princeps *Chriſtophorus* Wurtembergicus ad *Friedericum* Electorem Palatinum,& *Philippum* Hasſiæ Landgravium ſcripſerunt, nolle ſe omninò vel Zvvinglianæ vel Calvinianæ ſectæ ſuſpicionem incurrere,quam eam ob cauſam removere omnibus modis cogitent, ne hominum placita Dei verbo prætuliſſe videri posſint. Hiſt. Aug. Conf. *p.567.* Hutteri *Concord.Conc.Cap.V.p.180.*

§. 8.

Qua de cauſa cùm Elector Palatinus, *Friedericus III.* non modò à Calviniſmo non recederet, ſed eundem magis magisque propagaret, & Imperator *Maximilianus II.* in Comitiis Auguſtanis Annô MDLXVI. ex Electoribus & Principibus Evangelicis ſeriò quæreret, num Electorem Palatinum *Friedericum* Calviniſmo addictum, ſub pacificatione Religionis vellent comprehendi? & an ſen-

ſentirent, Religionem ab Electore Palatino introductam, eſſe Auguſtanæ Confesſioni conformem? Reſponderunt Principes: Electoris Palatini Religionem cum Auguſtana Confesſione non conſentire, & ea de cauſa eundem, ſub titulo ac prætextu Auguſtanæ Confesſionis, pace religionis comprehendi non poſſe; interim tamen nolle ſe, vel Palatinum, vel alios in Religione diſſentientes ob Religionis diverſitatem in diſcrimen vitæ aut fortunarum conjici. Oſiand. *Cent. XVI. Lib. III. Cap. 62. p. 800.* Hutteri *Concord. Conc. Cap. V. p. 181.*

§. 9.

Cumque defunctô Electore Saxoniæ *Chriſtianô I.* mandatô *Friederici VVilhelmi* Ducis & Adminiſtratoris Electoratûs Saxoniæ, Calviniſmi reliquiæ è Saxonia & Miſnia Annô MDXCII. expurgarentur, prodierunt Annô MDXCIV. juſſu Serenisſimi Principis & Adminiſtratoris Motivæ ſive Cauſæ, ob quas Lutherani cum Calvinianis in negotio Religionis contra Pontificios arma conjungere nec posſint, nec debeant, quæ à Conſiliariis tam Eccleſiaſticis, quàm Politicis congeſtæ, & in Comitiis Auguſtanis, Orthodoxis Imperii Statibus oblatæ & approbatæ ſunt. Cui ſcripto *Paréus* multa quidem objecit, ſed fruſtrà, ſicut id ex *Hutteri* Irenico Parêi *pag. 123. ſeqq.* clariùs pateſcit.

§. 10.

Annô MDCXXXI. in Colloquio Lipſienſi non quidem publicâ Principum autoritate, ſed motu proprio & privatim à Theologis Orthodoxis & Calvinianis inſtituto, Calviniani ultrò quidem ſeſe declarârunt, promtos ſe eſſe ad ſubſcribendum Auguſtanæ Confesſioni, eique invariatæ: verùm à Noſtratibus, docente Colloquii Receſ-

 ſu,

Digitized by Google

ſu, non ſunt admisſi, eò quòd probè ſcirent, Calvinianos, ſi ad ſubſcriptionem admitterentur, diverſò planè & contrariò ſenſu eſſe ſubſcripturos. Calovii *Δοκιμασία Spiritûs Syncretiſtici Tit. VI. p. 34. ſeqq.*

§. 11.

Cùm Annò MDCXXXII Amœbœa Caſſellana in publicum prodirent, Theologi Darmſtadienſes Anno MDCXXXVI. Deductionem Fundamentalem cum Theologorum Saxonicorum, *Dresdenſium* ſc. *Lipſienſium*, *VVittebergenſium* & *Jenenſium* approbatione ediderunt, atque inter alia firmisſimis rationibus demonſtrârunt, Nos & Calvinianos, ſtante adhuc in Religione diſſenſione fundamentali, & quàm diu Calviniani re ipsâ invariatam Auguſtanam Confesſionem non amplectuntur, ſalvâ & illæsâ conſcientiâ, Deo gratum & acceptum Religionis Syncretiſmum, & Spiritualem fraternitatem inire neutiquam poſſe.

§. 12.

Annô MDCXXXVIII. & MDCXXXIX. *Johannes Duraus* multa quidem in Suecia & Dania de conſtituendo Syncretiſmo, ſive pace Eccleſiaſtica & fraternitate inter Nos & Calvinianos ineunda tentavit. Sed irritô conatu.

§. 13.

Cumque in Comitiis Francofurtenſibus A. MDCLVII. Serenisſimus Elector Palatinus *Carolus Ludovicus*, per M. *Stephanum Gerlachium*, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in Academia Heidelbergenſi Profeſſorem, eminentisſimis Principum atque Statuum Imperii Orthodoxorum Legatis, Declarationem quandam ſuper Articulos *de Cœna Domini, de Perſona Chriſti*, & *de Prædeſtinatione* exhiberet,

&

Digitized by Google

& tanquam incitamentum Chriſtianæ fraternitatis inter Lutheranos & Reformatos ineundæ commendaret, Sereniſſimus Princeps *Friedericus VVilhelmus*, Dux Saxoniæ, τῶν ἐν ἁγίοις Theologorum Jenenſium ſuper hac re judicium exquiſivit, hocque reſponſi tulit: Daß in dieſer über die 3. Articul vom H. Abendmahl / von der Perſon Chriſti / und von der ewigen Gnadenwahl / geſtellten ganzen Erklärung / die Heidelbergiſchen Theologen nichts näher herbey treten zu unſern Chriſtlichen Glauben/wiewohl ſie wolten davor angeſehen ſeyn/als wenn ſie iezo demſelben etwas näher kämen. Id quod cùm per ſingulos Articulos, omnesque eorundem Paragraphos brevibus demonſtratum dediſſent, tandem concluſerunt: Man befinde bey ſolchen und andern Umbſtänden noch zur Zeit nicht rathſam/ dergleichen Conferenz anzutreten: Weil (1) die Heidelbergiſche Theologi uns nicht näher treten / als andere Calviniſten. (2) Ihre Chur Fürſtl. Durchl. mit dero Theologis und ſämptlichen Eccleſiis wegen der Additionum, ſo Ihre Durchl. Gnädigſt dabey ſezzen laſſen/ſelbſt noch nicht einig und einſtimmig; So aber vorhero höchlich von nöthen wäre/weil mit Particular-Perſonen/ ſo wegſtürben / in ſolchen Dingen nicht/ ſondern mit ganzen Kirchen müſte geſchloſſen werden. (3) Weil von denen Heidelbergiſchen Theologen ſelbſten/die übrigen unerörterten Fragen auf die Cathedram diſputatoriam remittiret würden. Da denn kein Zweifel/daß unter ſolchen Vorwand / die Calviniſchen Doctores, einen Weg wie den andern / unſere Lehre de præſentia Corporis & Sanguinis Chriſti in Cœna; de communicatione Idiomatum, und andere Stük-

fe impugniren, und alſo eben die alten Controverſiæ bleiben würden. (4) Indeſſen aber höchlich zu befürchten ſtünde/daß unter dem Schein/als wären wir/wie ſie Anfangs in ihren Bedenken ſezzen/ im Fundament des Glaubens einig/ſie ihre Irrthumb unter unſern Nahmen verbergen/ und dadurch viel an ſich ziehen möchten. (5) Dieſes auch nur ein Particular-Werk ſey/ welches von beyderſeits Theilen würde angefochten werden/und zwar jenerſeits würden widerleget werden die Theologi, von denen/ ſo noch rigidiores ſeynd. Unſerſeits aber würden gewißlich die jenigen/ ſo ſolche Handlung antreten / woferne ſie das geringſte wichen/von andern Kirchen auch nicht freundlich angeſehen/oder doch zum wenigſten in Verdacht gezogen werden: Dadurch denn unter unſern Kirchen / und dero Theologen, zu groſſen Nachtheil der Religion viel Mißverſtände erwachſen könten; Und bezeugten es die alten Exempel zur Gnüge/ wie ſehr groſſe Behutſamkeit in ſolchen Fällen von nöthen ſey. Daß auch ſie ihres unterthänigſten Orts bey der Meynung blieben / wie der ſeel. Herr Lutherus in der Hiſtori Augſpurgiſcher Confeſsion, pag. 169. zu Bucero und andern Oberländiſchen Prædicanten, Anno 1536. geſaget: Daß entweder eine rechte Einigkeit/ oder gar keine geſchehe! Sey es nun Seiner Chur Fürſtl. Durchl. und dero Theologen und Kirchen ein rechter Ernſt: So ſolten ſie frey öffentlich zu unſern Kirchen treten: Gedächten ſie aber Reformirte zu bleiben/ und ihre alte Lehre zu behalten / ſo ſey alles Conferiren ohne Nachdruk/ und umbſonſt. Und könne ſo bald zum Schaden/als zum Nuz unſerer Kirchen ausſchlagen.

Vid.

Digitized by Google

Vid. Chemnitii Bericht und Antwort *contra Eccartum, Membr. III. p. 39. 40.*

§. 14.

Et quamvis in Colloquio Caſſellano, A. MDCLXI. inter Rintelenſes & Marpurgenſes Theologos habito, Syncretiſmus fuerit initus, & Calviniani à Noſtratibus pro fratribus ſint recepti; non probatum tamen duorum illorum Rintelenſium Theologorum Syncretiſmum Theologis γνησίως Lutheranis; ſed improbatum maximè fuiſſe, tum trium Collegiorum Theologicorum, Lipſienſis, Wittebergenſis, & Jenenſis ad Rintelenſes exaratæ litteræ epanorthotico-parænetica, tum Theologorum Wittebergenſium Epicriſis, & Judicia de Epicriſi ex variis Academiis & Miniſteriis transmiſſa, nec non complura alia puriorum Theologorum ſcripta ſuper Colloquium Caſſellanum edita, teſtatum facere poſſunt. Ex quibus omnibus liquidò ſatis conſtat, fraternitatem noſtram à Calvinianis diu multumque quæſitam, ſed nunquam, gravisſimas ob cauſas, obtentam vel approbatam fuiſſe.

CAPUT V.

De Calviniſtarum intentione, quâ per Syncretiſmum, ſive Chriſtianam fraternitatem & Eccleſiaſticam Concordiam nil niſi Lutheranæ Religionis exterminationem quæſiverunt.

§. 1.

Digitized by Google

§. I.

COmmunis quidem Calvinianorum pariter atq; Syncretiſtarum vox eſt, ſe nolle, ut Lutherani in ſententiam Calvinianorum tranſeant, aut ſuam doctrinam abnegent; ſed mutuam duntaxat dogmatum controverſorum tolerantiam urgere. At verò falſum hoc eſſe, patet tum ex Calvinianorum dictis, tum ex eorundem factis. Ipſe namque *David Paréus* colloquiorum irritô conatu hactenus inſtitutorum hanc eſſe cauſam arbitratur, quòd neutra pars à propoſito dimoveri, aut in ſententiam adverſariorum trahi voluerit, aut potuerit, in *Irenic. Cap. III. f. 8.* Sed finis Colloquiorum Irenicorum ex parte Calvinianorum ſemper fuit, ut nos in Calvinianorum ſententias deſcendamus, id quod ſine diſpendio & exterminio Religionis Noſtræ fieri nullô modô poteſt. Similem in modum prætenſa fraternitas *Joh. Jacobo Grynæo*, Eccleſiæ Heidelbergenſis Reformatori, vel veriùs Deformatori, fuit excluſio Lutheranorum ex domo, quando *Tom. I. Diſcepp. Decad. I. diſcep. I.* §. *7. fol. 67.* verba ex II. Joh. I, 10. accommodat contra doctrinam de Omnipræſentia Chriſti, inquiens: *Qui hanc doctrinam* (nempe, totum Chriſti non eſſe ubique,) *non affert, nec recipiatis eum in domum, nec ave ei dixeritis.* Nec eundem ſcopum diſſimulavit *Samuel Mareſius*, D. & Profeſſor Theologiæ Gröningenſis, dum Syncretiſmi finem ſibi proponit evacuationem dogmatum Lutheranorum, & abſolutum conſenſum in Calvinianam ἀπιστίαν. *Debent*, inquit, *ex regula Medicorum mali humores digeri & incidi, priusquam EVACUENTUR. Et cum non detur tranſitus ab extremo* (Lutheraniſmo) *ad extremum* (Calviniſmum) *intactô mediô* (Syncretiſmô) *debet priùs agi inter*

par-

Digitized by Google

361

partes de mutua & Chriſtiana tolerantia, quàm de ABSOLUTO CONSENSU, quem hoc rerum ſtatu optare, quàm ſperare faciliùs eſt. Vid. Antapolog. Wittemb. Præf. *p. 38.* Poſſem etiam adducere infinita Noſtrorum Theologorum Teſtimonia, hanc in rem facientia, verùm cum ſint domeſtica, lubens ea relinquo.

§. 2.

Nec aliud Proceſſus Calvinianorum cum Lutheranis in Germania nos edocuit, præprimis autem in Palatinatu Simmerenſi & Bipontino, è quibus *Tilemannus Heshuſius* & *Jacobus Heilbrunnerus*, Theologiæ Doctores, eò quòd Calvinianis contradicerent, ejecti ſunt, quos ſubſequenti tempore ſequi magnus Lutheranorum Paſtorum numerus debuit. Cumque Marpurgi *Heinricus Leuchterus* Superintendens, nec non *Johannes VVinkelmannus* & *Balthaſar Menzerus* Theologiæ Doctores & Profeſſores, in Calvinianorum poſtulata conſentire nec vellent, nec poſſent, locô moti, functionibus Eccleſiaſticis & Academicis orbati, alioque ſecedere juſſi ſunt. Vid. ſuprà *Cap. II.* §. *3. & 9.* De moderno in Marchia proceſſu in vulgus noto, jam nihil dicam. Dignus certè eſt, qui legatur, libellus Annô MDLXXXV. Tubingæ editus, cujus titulus: Warhafftiger gründlicher Bericht/ was ſich in der Churfürſtl. Pfalz/ſonderlich in der Stad Heydelberg/mit Veränderung der Religion, und Einführung der Calviniſchen falſchen Lehre/Abſchaffung reiner Kirchen-Diener / und D. Grynæi Calviniſchen Diſputation daſelbſten verloffen. Geſtellet durch etliche Theologen der Chriſtlichen Augſpurgiſchen Confesſion, ſo umb der reinen Lehre willen aus der Churfürſtl. Pfalz abgeſchaffet worden. Merentur etiam

Digitized by Google

legi verba ex Cancellariæ Anhaltinæ *Part. I. Alphab. 3. fol. 5.* ubi primò, poſtquam in memoriam revocatus eſſet proceſſus Calvinianorum in ſuperiori Palatinatu, Ambergæ, Marpurgi, Simmeræ, Biponti, Berolini, hæc ſequuntur: Was der Calviniſche Geiſt gegen die Augſpurgiſche Confession würcklich effectuiret / und wie übel er ſeinen Wirth bezahlet / das hat die Ober-Pfaltz / und der zu Amberg geführte Proceſs, desgleichen das Fürſtenthumb Heſſen / ſonderlich der Marpurgiſche Theil / item, die Pfaltz Simmern und Zweybrücken / die Chur-Brandenburgiſche Berliniſche Länder / in der Religions mutation mit Wehklagen empfunden. Et paulò antè præmittitur: Es ſeyn die Calviniſchen der Augſpurgiſchen Confesſion ſo Ertzfeind / als ſie immer der Catholiſchen Religion ſeyn / und daß ſie in Ewigkeit in keinen Syncretiſmum gebracht werden können. Quemadmodum *Adolphus Godofredus Voluſius*, Theol. D. & ſummæ ædis Moguntinæ Paſtor & Eccleſiaſtes, in *Aurora Pacis Religioſa*; nec non Jeſuita *Adamus Conzen* in *Politicis* ſuis ex proceſſu & ingenio Calviniſtarum rectè oſtenderint, ſcopum Syncretiſmi eſſe everſionem Lutheranorum, hîc adducere nolo. Tantùm itaque abeſt, ut vel minimum ex praxi conſiliorum Irenicorum Eccleſiæ noſtræ ſint lucratæ, ut potiùs Calviniani integras nobis eripuerint, & adhuc eripere tentent Eccleſias.

CAPUT

Digitized by Google

362

CAPUT VI.
De Zvvinglianis ab omni confœderatione & Religionis Pace excluſis.

§. 1.

Annô MDXXIX. ſub finem Novembris Elector Saxoniæ, ejusque Filius *Johannes Friedericus*; *Erneſtus* & *Franciſcus* Lunæburgici fratres: Landgravius *Philippus*: *Georgii* Brandenburgenſis Conſiliarii: Civitates etiam, Argentoratum, Ulma, Noriberga, Heilbronnum, Reutelinga, Conſtantia, Memminga, Campodunum, Lindavia, Smalkaldiæ convenerunt. Et quia fœdus erat faciendum, Religionis puræ retinendæ causâ, rectè judicârunt Principes, neceſſarium eſſe confœderatorum in omnibus Religionis capitibus conſenſum, antequam fœdus ullum iniretur. Cùm autem civitates omnes, exceptâ Norìbergâ, fœdus absque diſputatione dogmatum urgerent, ab eo Conventu, re infectâ absque fœdere diſceſſum eſt. Qua de causâ Argentinenſes, muniendi ſui causâ, quò vim injuſtam à ſe ſuisque depellerent, cum Tigurinis, Bernatibus, Baſileenſibus, qui vicini erant, & dogmate magis conveniebant, fœdus conſtituerunt. Sleidan. *Lib. VII. p. 106.* Oſiand. *Cent. XVI. Lib. II. Cap. 10. p. 143.*

§. 2.

Anno MDXXXI. Principum & Urbium Proteſtantium Conventus iterum Smalkaldiæ eſt inſtitutus, in quo fœdus, quod poſtea Smalkaldicū appellârunt, defenden-

di ſui cauſâ ſanxerunt Proteſtantes. In hoc Conventu Zvvingliani,utut ſollicitè peterent,recipi in fœdus nullà ratione potuerunt. Cùm enim Civitates valde cuperent,ut Helvetii etiam in fœdus Smalkaldicum reciperentur,Saxo Elector ad eam petitionem per Legatos reſpondit: *Quoniam de Cœna Domini diverſum ſequantur dogma,non ſibi licere ſocietatem cum ipſis* (Helvetiis) *ullâ coire: quanti ſit ipſorum conjunctio, propter vires atque potentiam, non ſe quidem latere, ſed eò ſibi minimè reſpiciendum eſſe,ne triſtis inde ſequatur exitus, quod iis accidiſſe ſcriptura teſtetur,qui,muniendi ſui causâ, cujusque modi præſidiis uſi fuiſſent.* Hiſtor. Aug. Conf. *p. 192. ſeqq.* Sleidan. *Lib. VIII. p. 124. 127.* Oſiand. *Cent. XVI. Lib. II. Cap. 20. p. 200.*

§. 3.

Annô MDXXXII. in conventu Sueinfurtenſi ab Archi-Epiſcopo Moguntino, & Palatino Electore de præſcripto Cæſaris hoc Proteſtantibus Ordinibus mandatum omnium primò eſt propoſitum: *Ut præter Confesſionem Auguſta exhibitam nihil innovent, nihil doceant, nihil evulgent, & intra hos fines permaneant, ad usque Concilii tempus,ita tamen, ut cum Zuvinglianis & Anabaptiſtis nihil habeant commune.* Atque ita Helvetii propter errorem Zvvinglianum diſertè à Confœderatione ſunt excluſi; Argentinenſes autem, quòd errores ſuos abjuraverant,recepti. Hiſtor. Aug. Conf. *p. 200.* Sleidan. *Lib. VIII. p. 131.*

§. 4.

Annô MDXXXIX, Francofurti ad Mœnum Conventus Cæſaris & Ferdinandi Legatorum, ut & Principum Proteſtantium, nec non aliquot Principum Interces-

ceſſorum habitus eſt, in quo induciæ inter Cæſarem & Principes Proteſtantes ſunt conſtitutæ. Ex quibus induciis Zvvingliani perſpicuis verbis ſunt excluſi. Patet hoc ipſum ex *Sleidano*, quando inquit: *Imo his induciis non comprehenduntur Anabaptiſtæ, NEC ALII, QVI DIVERSAM AB AUGUSTANA CONFESSIONE DOCTRINAM AMPLECTUNTUR. Lib. XII. p. 202.*

§. 5.

Cumque Anno MDXLV. repeteretur deliberatio: Num Helvetii, licèt in doctrina Proteſtantibus non per omnia aſſentiantur, in fœdus Smalkaldicum admittendi eſſent? Et Landgravius Haſsiæ, variis in medium adductis rationibus, Helvetiorum pagos omninò in confœderationem Proteſtantium recipiendos cenſeret, ſicut ipſe jam privatim fœdus cum iis iniiſſet: Argentinenſes etiam, ſuaſore & impulſore *Bucero* idem urgerent; & præcipuè Bucerus affirmaret, Tigurinorum de Articulo Sacramenti diſſenſionem tanti non eſſe momenti, ut propterea fœdus haut coaleſcere, & Helveticæ, ac nominatim Tigurinorum Eccleſiæ pro fratribus ac membris Noſtrarum Eccleſiarum haberi minimè posſint aut debeant: factum eſt, ut Elector Saxoniæ *Mauritius* quæſtionem hanc ad Academiæ Wittebergenſis Theologos referret, qui unanimi conſenſu fœdus illud cum Helvetiis diſſuaſerunt, hiſce verbis: *Omninò in conſociatione atque uſu confœderationum prudentiam adhiberi neceſſum eſt: & ante omnia mentes ita affectas eſſe oportet, ut gloriam nominis divini quærant. Item, ne ejusmodi homines ad confœderationes adſciſcant, qui turbas ac diſſenſiones concitent.* Et paulò pòſt: *De Helvetiis autem quod quæritur, variæ ſunt cauſæ Politicæ &c, quas ipſis Principibus,*

ſummis prudentia donis divinitùs ornatis, judicandas di-ſpiciendasque relinquimus. Publicum autem & notorium eſt, concionatores Tigurinos, Eccleſias Noſtras ſcriptis palàm oppugnare, & articulos quosdam reprehenſione dignos profiteri. Cum igitur mutuis ſcriptis depugnemus, non video, quomódo animi ad parem defenſionem propendere poſſint. Hiſtor. Aug. Conf. *p. 401. 402.*

§. 6.

Nec multùm abfuit, quin Calviniani Annô MDLV. in Comitiis Auguſtanis publicè eſſent proſcripti. Namque Pacificatio Religionis ita inter Pontificios & Lutheranos conſtituta tunc temporis eſt, ut Zvvingliani diſertis verbis ab ea ſint excluſi. Sic enim inter reliqua habet Pacificationis formula: *Qui non ſunt alterutrius Religionis,* (vel Pontificiæ, vel Auguſtanæ Confesſionis,) *hac in pace non comprehendantur.* Sleidan. *Lib. XXVI. p. 503.*

§. 7.

Annô MDLXVI. in Comitiis Auguſtanis *Friedericus III.* Elector Palatinus, eò quòd Zvvinglianorum dogmati nimiùm eſſet addictus, Religionis pace excluſus eſt, de quo ſuprà *Cap. IV. §. 8.*

§. 8.

Tandem verò Annô MDCXLVIII. obtinuerunt Calviniani, ut in transactione Pacis Osnabrugenſis in pacem ſint recepti. Cautè tamen & circumſpectè Religioni eſt proviſum, contra omnia molimina & præjudicia, vel directè vel indirectè Religioni incommodantia. Operæ pretium erit adducere §. VII. *Inſtrumenti Pacis,* qui hic eſt: *Unanimi quoque Cæſ. Majeſtatis, omniumque Ordinum Imperii conſenſu placuit, ut, quicquid juris aut beneficii, cùm omnes aliæ Conſtitutiones Imperii, tùm Pax Religio-*

364

ligionis & publica hac transactio, in eaque deciſio gravaminum, cæterisq; Catholicis, & Auguſtanæ Confeſſioni addictis Statibus & ſubditis tribuunt, id etiam iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere debeat, ſalvis tamen ſemper ſtatuum, qui Proteſtantes nuncupantur, inter ſe & cum ſubditis ſuis, conventis, pactis, privilegiis, Reverſalibus & diſpoſitionibus aliis, quibus de Religione ejusque exercitio, & inde dependentibus hujus loci Statibus & ſubditis huc usque proviſum, ſed ſalvâ itidem cujusque conſcientiæ libertate. Quoniam verò Controverſiæ Religionis, quæ inter modò dictos Proteſtantes vertuntur, hactenus non fuerunt compoſitæ, ſed ulteriori compoſitioni reſervatæ ſunt, adeoque illi duas partes conſtituunt, ideoque de jure reformandi inter utramque ita conventum eſt, ut, ſi aliquis Princeps, vel alicujus territorii Dominus, vel alicujus Eccleſiæ Patronus poſthac ad alterius partis Sacra tranſierit, aut Principatum aut Ditionem, ubi alterius partis Sacra exercitiô publicô de præſenti vigent, ſeu jure ſucceſſionis, ſeu vigore præſentis tractatûs pacis, aliôve quocunque titulô nactus fuerit, aut recuperârit, ipſi quidem Concionatores Aulicos ſuæ confeſſionis, citra ſubditorum onus aut præjudicium, ſecum atque in Reſidentia ſua habere liceat. At fas ei non ſit, vel publica Religionis exercitium, leges, aut conſtitutiones Eccleſiaſticas hactenus ibi receptas immutare, vel templa, ſcholas, hoſpitalia, aut eò pertinentes reditus, penſiones, ſtipendia, prioribus adimere, ſuorumque Sacrorum hominibus applicare vel juris territorialis, Epiſcopalis, Patronatûs aliôve quoque prætextu, ſubditis miniſtros alterius Confeſſionis obtrudere, ullumve aliud impedimentum aut præjudicium directè vel indirectè alterius Sacris adferre. Et ut hæc Conventio eò firmiùs obſervetur, licet

hoc

Digitized by Google

hoc mutationis caſu communitatibus præſentare, vel, quæ præſentandi jus non habent, nominare idoneos Scholarum & Eccleſiarum miniſtros à publico loci Conſiſtorio & Miniſterio, ſi ejusdem cum præſentantibus vel nominantibus communitatibus ſunt religionis, vel hoc deficiente eo loco, quem ipſæ communitates elegerint, examinandos & ordinandos, atque à Principe vel Domino poſtea ſine recuſatione confirmandos. Si verò aliqua communitas eveniente mutationis caſu Domini ſui religionem amplexa, petierit ſuo ſumtu exercitium, cui Princeps vel Dominus addictus eſt, liberum eſto ſine reliquorum præjudicio ei illud indulgere, à ſucceſſoribus non auferendum. At Conſiſtoriales, Sacrorum viſitatores Profeſſores Scholarum & Academiarũ, Theologiæ & Philoſophiæ non niſi eidem religioni addicti ſint, quæ hoc tempore quolibet in loco recepta eſt. Sicut autem ſuprà dicta omnia de mutationibus futuris intelligenda ſunt: ita juribus Principum Anhaltinorum & ſimilium, nullum afferant præjudicium. Sed præter religiones ſupra nominatas nulla alia in Sacro Imperio Rom. recipiatur vel toleretur. Hactenus Inſtrumentum Pacis. An autem tenor hujus articuli à Calvinianis ſit tenus hac obſervatus, aliis judicandum relinquo.

CAPUT VII.

De Zvvinglianorum condemnatione.

§. I.

IN colloquio inter Nos & Pontificios inſtituto, quod Annô MDXLI. Wormatiæ quidem inchoatum, ſed Ratis-

tiſbonæ Annô ſubſequenti finitum eſt, Damnatio dogmatis Zvvingliani de Cœna publicè & ſolenniter repetita eſt, dum *Philippus Melanchthon* Articulum X. Auguſtanæ Confeſſionis, ex profeſſo Zvvinglianis oppoſitum, ab ipſo verò privatô auſu, inſciis Ordinibus, in gratiam Sacramentariorum periculosè mutatum, reſtituere neceſſum habuit, tam quà theſin, quàm quà antitheſin: *Et improbamus ſecus docentes.* Electori quoque Palatino tunc temporis *Philippus* ſuô & Collegarum nomine ſcriptum quoddam obtulit, in quo hæc verba repetita ſunt: *Perſpicuè teſtati ſumus, nos amplecti & tueri omnem conſenſum Eccleſiæ Catholicæ, quòd in* Cœna *Domini conſecratô pane & vinô verè & realiter ADSINT & SUMANTUR corpus & ſanguis Domini. Teſtati enim ſumus, nos IMPROBARE eos, QUI NEGANT ADESSE, ET VERE SUMI CORPUS CHRISTI.* Et huic declarationi ſubſcripſerunt *Philippus Melanchthon, Martinus Bucerus, & Johannes Piſtorius,* Ordinum Proteſtantium nomine collocutores deſignati. Qui ſanè per eos, *qui negant adeſſe & verè ſumi corpus* C*hriſti,* nullos alios, quàm Zvvinglianorum gregem notârunt atque intellexerunt. Hiſtor. Aug. Conf. *p. 357. ſeqq.* Hutteri *Concord. Conc. Cap. V. p. 180.*

§. 2.

Annô MDLVII. menſe Septembri Wormatiæ inchoatum eſt Colloquium inter Theologos Evangelicos & Pontificios, in quo non multùm abfuit, quin Calviniani noviter fuiſſent damnati. Nam Theologi Saxonici cenſebant, priusquam ulteriùs cum Theologis Pontificiis diſputaretur, condemnandas eſſe Adiaphoriſticas, & Interimiſticas actiones, aliasque Sectas eorum, (Calvinianorum ſc.) qui Pontificiam Religionem abjecerant,

Digitized by Google

neque tamen Evangelii doctrinam puram profiterentur. Wittebergenſes verò, jam dum Calvinizantes, & alii quidam Theologi, intempeſtivas eſſe illas condemnationes ſentiebant. Qua de cauſſa, cùm condemnationes non approbarentur, Saxonici Theologi à Principibus ſuis domum revocati è colloquio diſceſſerunt, interpoſitâ proteſtatione, ſi res legitimè tractanda ſuſcipiatur, ſe negotio non defuturos. Wittebergenſes verò, ſe paratos eſſe diſputare cum Pontificiis dicebant. Sub finem tamen Colloquii, qui remanſerant Collocutores, de declaratione quorundam Articulorum controverſorum inter ſe convenerunt, in qua propria Philippi manu exarata, Zvvinglii dogma expresſis verbis condemnatur. Sed in excuſo exemplari, & Operibus Philippi, prout poſteà Annô MDLXXX. Wittebergæ conjunctim prodierunt, Zvvinglii nomen eſt expunctum. Hiſt. Aug. Conf. *p. 504.* Oſiand. *Cent. XVI. Lib. III. Cap. 28. p. 656. ſeqq.*

§. 3.

Annô MDLXI. denuò repetita eſt Calvinianorum condemnatio, dum Status Imperii Proteſtantes invariatæ Confesſioni Auguſtanæ de novo & ſolenniter ſubſcripſerunt, in cujus Articulo X. expreſsè *Secus docentes* i. e. Calviniani damnantur. Vid. ſuprà *Cap. III.* §. 5. *Cap. IV.* §. 7.

§. 4.

Annô MDLXXVIII. ſedulâ Auguſti Electoris Saxoniæ curâ prodiit *Formula Concordiæ*, cui publicè & ſolenniter Electores, Principes, Comites, Barones, Civitates & tota Collegia Academica, Eccleſiaſtica & Scholaſtica magnô numerô ſubſcripſerunt, in qua Calviniani hinc inde ſunt damnati. Et quamvis Calviniani hanc condemna-

Digitized by Google

tionem absque generalis Synodi decreto factam, & idcirco iniquam eſſe clamitent; liberum tamen eſſe Eccleſiæ, etiam absque generalis Synodi decreto, manifeſtas hæreſes condemnare, primitivæ & ſubſequentis purioris Eccleſiæ exemplô demonſtravit Hutterus *in Concord. Conc. Cap. XXXVI. p. 945.*

CAPUT VIII.

De cauſis, ob quas nonnulli Principes & Status Orthodoxi Formulæ Concordiæ ſubſcriptionem recusârint.

§. 1.

Vulgaris eſt inter Calvinianos rumor, multos Principes, Civitates, & Theologos Lutheranos, & eos inter Daniæ Regem, Ducem Holſatiæ, Haſſiæ Landgravios, Pomeraniæ & Saxo-Lauenburgicos Duces, Ducem item Borusſiæ *Albertum Friedericum*, nec non Magdeburgenſem, Spirenſem, Francofurtenſem & Wormatienſem Rempublicam, Formulæ Concordiæ ſubſcriptionem recusâſſe, eò quòd Articulos inter Nos & Sacramentarios controverſos, totamque Libri Concordiæ doctrinam improbârint. At verò vanum hoc Calvinianorum eſſe figmentum, patebit ex ſequentibus.

§. 2.

Et quidem Regem Daniæ quod concernit, nunquam ipſi ad ſubſcribendum transmiſſus eſt Liber Concordiæ, utpote qui hunc ſibi præfixum habebat ſcopum, ut Calviniſmo variis artibus & technis irrumpenti in

Digitized by Google

Germania reſiſteretur. Hinc Regis Daniæ ſubſcriptio omitti pariter & intermitti abſque præjudicio potuit. Nihilo tamen minùs à *Chriſtiano IV.* Daniæ Rege b. m. Annô MDCXLVI. ſeveriſſimè injunctum eſt, ut in ea Holſatiæ parte, quæ Regi Daniæ eſt ſubjecta, Ordinandi ſive Miniſterii Candidati Formulæ Concordiæ ſubſcriberent, teſte *Dannhavvero in Salve Reform. p. 797.*

§. 3.

Adolphus Dux Holſatiæ denegavit quidem Formulæ Concordiæ ſubſcriptionem, ſed factum id eſt maximè intempeſtivô Theologorum ſuorum conſiliô, qui approbationem & ſubſcriptionem Libri Concordiæ Principi Optimo diſſuaſerunt, ob præconceptum quoddam animô odium erga *Jacobum Andreæ*, cui hunc honorem & dignitatem, imò dona potiùs ſingularia à Deo conceſſa omninò invidebant, ſuæ inde laudi atque exiſtimationi plurimùm detrahi exiſtimantes, quemadmodum & rationes ab ipſis allatæ usque adeò frigidæ fuerunt & ficulneæ, ut per ſe corruant atque evaneſcant. Hutteri *Concord. Conc. Cap. XII. p. 367.*

§. 4.

Quòd autem *VVilhelmus*, Haſſiæ Landgravius Formulæ Concordiæ ſubſcriptionem recusârit, id unius Conſiliarii, quem ſedulum monitorem habuit, culpâ, ùt & nimiò & præpoſterò conciliandarum partium, Lutheranorum ſc. & Calvinianorum, ſtudiô factum eſt. Hinc quia Zvvinglianorum condemnationes cum majori animorum diſtractione & ſeparatione conjunctas fore judicabat, ægrè illas tulit. Atque hæc præcipua fuit cauſſa, quòd, ſicuti Confeſſionem Auguſtanam appellari invariatam improbabat; ita Libro Concordiæ, in quo Zvvin-

Digitized by Google

367

Zvvinglianorum dogmata damnabantur, ſubſcribere noluerit. Et hæc Principis Senioris recuſatio fecit, ut reliqui duo fratres, Landgravius *Ludovicus*, & Landgravius *Georgius* ſubſcriptionem Libri Concordiæ non quidem recuſarent, ſed tantùm differrent, ne, ſi fratrem Seniorem prævenirent, variis & gravioribus ſuſpicionibus ac ſimultatibus anſam præberent: optima interim quæque ſperantes, fore, ut progreſſu temporis frater mutaret ſententiam, & ſic conjunctis animis atque ſuffragiis tandem ſubſcriptionem expedirent. Interim nihil diverſum à Noſtrarum Eccleſiarum Confesſione Optimus Princeps ſenſit aut credidit, ſed tantùm ab unico Omnipræſentiæ dogmate, quod ille, à Crypto-Calvinianis ita edoctus, ſenſu alienô de monſtroſa & in Calvinianorum cerebro nata atque excogitata Ubiquitate accipiebat, abhorruit. Habuit autem hæc Beati Principis denegata ſubſcriptio exitum minùs felicem, quem nec ipſe per febrim ſomniâſſet. Siquidem in illa parte Hasſiæ, quam ipſius Poſteri tenent, ſinceris & orthodoxis Theologis locô motis Zvvingliani hodiè dominantur. Hutteri *Concord.Conc.Cap.XIX. p. 801. & Cap. XXXIII. p. 929. ſeq.*

§. 5.

Et quamvis Pomeraniæ, nec non Saxo-Lauenburgici Duces Libro Concordiæ non ſubſcripſerint, laudatisſimi tamen illi Principes omnes & ſinguli Libro Concordiæ ſincerè & ex aſſe fuerunt addicti, inque eorundem Eccleſiis & Scholis (Pomeraniâ citeriore exceptâ, in quam, devolutô ad Electorem Brandenburgicum regimine, Calviniani nunc irrepſerunt) nullum aliud doctrinæ genus hodienum obtinet, quàm quod Formulæ Concordiæ eſt conſentaneum. Certum etiam eſt, no-

Digitized by Google

minatos Principes ob cauſſas graves,ſed merè Politicas, quas curioſiùs indagare non licet, ſubſcriptionem non quidem detrectâſſe,ſed in commodius tempus rejeciſſe. Hutteri *Concord. Conc. Cap. XXXV. p.930.*

§. 6.

Negari etiam nequit, *Albertum Friedericum*,Boruſſiæ Ducem,Libro Concordiæ non ſubſcripſiſſe. Verùm eo ipſo tempore,quô Concordiæ negotium tractabatur, Principem iſtum rerum non eſſe potitum, ſed *Georgium Friedericum,* Marchionem Brandenburgenſem , Boruſſiam,quoad viveret, adminiſtrâſſe , Hiſtoriarum Brandenburgicarum gnari quàm optimè nôrunt. Quanta verò fuerit hujus Adminiſtratoris, in defendenda & per Boruſſiam propaganda Libri Concordiæ Doctrina, & hæreſi Calviniana oppugnanda,animoſitas & conſtantia, res ipſa fidem facit; non modò , quia Libro Concordiæ ſubſcripſit,ſed etiam Annô MDLXXXVI. in Boruſſia publicum Programma typis excudi , & per integrum Ducatum affigi & publicari curavit, quô edixit , ne vel Calvinianis vel Anabaptiſtis ullus habitandi locus in eo concederetur ; nec quisquam de Calviniſmo ſuſpectus, inter Conſiliarios reciperetur, aut ulli muneri præficeretur. Hutteri *Concord. Conc. Cap. XXXV. p.938. ſeq.*

§. 7.

Cauſſæ,ob quas Magdeburgenſis , Spirenſis , Francofurtenſis, Argentinenſis & Wormatienſis Reſpublica Libri Concordiæ ſubſcriptionem denegârint , non fuerunt,quòd vel doctrinam libri iſtius rejicerent , vel Electorum ac reliquorum Ordinum Confesſionis Auguſtanæ inſtitutum aut modum agendi improbarent: ſed quòd vel vicinis Principibus nihil quaſi præjudicare & eorum

Digitized by Google

367

eorum ſubſcriptiones anticipare vellent: vel quòd alias, & quidem merè politicas hujus facti haberent rationes. Certum autem eſt, Reſpublicas iſtas non modò tales miniſtros ac Doctores Eccleſiis ſuis præfeciſſe, qui Libro Concordiæ ex aſſe fuerunt & ſunt addicti; ſed etiam quasdam publicô decretô ſanciviſſe, ut nulli pateret locus in miniſterio Eccleſiaſtico, niſi qui priùs manu ſuâ, & religioſâ atteſtatione ſolenniter confirmâſſet, ſe nullum aliud doctrinæ genus propoſiturum, quàm quod in Libro Concordiæ expreſſum contineatur. Hutteri *Concord. Conc. Cap. XXXI. p. 925. Cap. XXXV. p. 930.*

CAPUT IX.

De fictitio Lutheranorum & Calvinianorum conſenſu.

§. 1.

GLoriantur Calviniſtæ, plus unâ vice, præcipuè verò in Colloquio Marpurgenſi, in Synodo Sendomirienſi, ùt & in Lipſienſi, nec non Caſſellano Colloquio, inter Nos & Calvinianos conſenſum eſſe initum. Marpurgenſe Colloquium Annô MDXXIX. inſtitutum quod attinet, conſenſus quidem tum temporis inter utrosque eſt initus. Aſt ille conſenſus non fuit univerſalis, quoad omnes controverſos fidei articulos; ſed tantùm particularis, dum in aliquibus ſaltem religionis capitibus, ſepoſitô præcipuè Articulo de Cœna Dominica, *Lutherus* & *Zvvinglius* convenerunt. Vid. ſuprà *Cap. IV.* §. 1. Quòd autem Calviniani dicant, etiam in Articulo de Cœna in multis & præcipuis Lutherum & Zvvinglium conveniſſe,

præ-

Digitized by Google

præcipuè verò in eo,quòd in Sacra Cœna ſpiritualis fiat manducatio,quæ creditu admodùm neceſſaria ; quodq; diſcrepantia duntaxat remanſerit non de ipſa præſentia, ſed de modo præſentiæ Chriſti in Cœna Dominica, id profectò talò nititur minùs firmò. Etenim de ſpirituali manducatione utrinque quidem conſenſus erat, ſed noſtri eam conjungebant cum orali manducatione corporis Chriſti,id quod *Zvvinglius* negabat & improbabat. Neque tantùm de modo præſentiæ diſſenſus manſit,ſed de ipſa præſentia corporis & ſanguinis Domini in Cœna,quam Zvvinglius negabat;contendens, quòd corpus Chriſti non poſſit pluribus in locis eſſe. Vid. Calov. *Δοκιμασ. Spiritûs Syncret.Tit.II.* §.2.*p.31.*

§. 2.

Annô MDLXX. Sendomiriæ in Polonia Synodus eſt celebrata, in qua Eccleſiæ confeſſionis Auguſtanæ, Bohemicæ, & Helveticæ conſenſum quidem inivêre, quando ita ſeſe declarârunt: *Convenimus ut credamus & confiteamur, ſubſtantialem præſentiam CHRISTI non ſignificari duntaxat,ſed verè in Cœna, eâ veſcentibus REPRÆSENTARI, DISTRIBUI, & EXHIBERI corpus & ſanguinem Domini ſymbolis adjectis ipſi rei minimè nudis, ſecundùm Sacramentorum naturam.* Sed, ut taceam, Noſtrates Theologos in illa Synodo congregatos non fuiſſe ſinceros, ſed Philippiſtas i. e. Calvinizantes: certum eſt,conſenſum illum non fuiſſe realem, ſed tantùm verbalem. Credunt enim & confitentur Sendomirienſes ſubſtantialem præſentiam,verùm *CHRISTI*, quod de Deitate accipi poteſt, & à nobis non controvertitur; non autem *corporis & ſanguinis Chriſti*, de qua quæſtio erat. Profitentur *corpus Chriſti REPRÆSENTARI in*

Cœna,

Digitized by Google

36 f

Cœna, quod de figuratione intelligunt Zvvingliana *abſentis corporis Chriſti*. Dicunt denique *DISTRIBUI*, ſed animæ,vel fidei,non autem credunt aut affirmant, *ore id percipi*. Hinc cum Zvvinglianorum fraudes viderent Noſtrates, poſtea in Synodo Vilnenſi congregati non modò Magni Ducatûs Lithuaniæ Miniſtri,ſed etiam nomine Eccleſiæ Polonicæ *Nicolaus Radſuil*, Palatinus Vilnenſis,nec non *Eraſmus Gliʒnerus*, Eccleſiarum Auguſtanæ Confesſionis in Polonia Superintendens, utut hic Sendomirienſi Conſenſui anteà ſubſcripſerit, eidem contradixerunt. Et quamvis ſubſequenti tempore Annô MDXCV. in Synodo Thorunienſi formula Sendomirienſis denuò fuerit approbata, & ita renovatus inter Nos & Calvinianos ſit conſenſus, malâ tamen fide Calviniani etiam tunc temporis pro more ſuo egerunt. Cùm enim conſenſus non priùs eſſet ineundus, quàm Helvetii cum Bohemis ſe declararent, doctrinam de Cœna Domini juxta Auguſtanam Confesſionem eſſe proponendam, nec pro fratre habendum, qui aliter doceat, Calviniani ad maturandum Conſenſum non immutatam,ſed adulteratam Confesſionem Auguſtanam protulerunt,quæ fraus tum deprehenſa non fuit. Quid? quòd *Paulus Geriʒius*, Concionator Poſnanienſis Synodo Sendomirienſi, impetratis judiciis & cenſuris ab orthodoxis quibusdam Ordinibus in Regno Poloniæ, in Synodo Thorunienſi publicè contradixerit, eamque reprehenderit. Vid. l. c. *Tit. IV*. §. *1. & 2. p. 35. ſeqq.*

§. 3.

Porrò adducunt Calviniani Colloquium Anno MDCXXXI. Lipſiæ inter Theologos Saxonicos ab una;

Digitized by Google

nec non Brandenburgicos & Hasſiacos ab altera parte habitum, in quo unionem inter Lutheranos & Calvinianos concluſam eſſe garriunt. Aſt nullum Syncretiſmum à Noſtratibus tum temporis tentatum vel admiſſum, nedum inchoatum eſſe patet ex eo, quòd Sereniſſimus Elector Saxoniæ eò tantùm fine inſtitui permiſerit privatum illud colloquium, ut absque ullô præjudiciô audiretur ac ponderetur, anne & quis conſenſus ſit Calvinianis cum Auguſtana Confesſione, & an propiùs jungi posſint Reformati? Qua de cauſſa etiam capita controverſa ibidem quidem tacta, ſed nullô modô conciliata in priſtino ſtatu ita permanſerunt, ac ſi nulla ibi collatio eſſet inſtituta. Vid. l. c. *Tit. VI. §. 2. p. 44. ſeq.*

§. 4.

In Colloquio Caſſellano quidem Annô MDCLXI. Conſenſus inter Lutheranos & Calvinianos eſt initus. Verùm ille Conſenſus non ab omnibus Auguſtanæ Confesſionis Eccleſiis, aut publicô earum nomine, autoritate ac conſenſu, ſed à ſolis Rintelenſibus ſancitus eſt. Hinc an piè, an prudenter, an ad normam S. Scripturæ eundem Collocutores inierint, adhuc ſub judice lis eſt. Quin imò contrarium tot manifeſta ſcripta, à Theologis γνησίοις Lutheranis Caſſellano Colloquio oppoſita, hactenus demonſtrârunt.

CAPUT

370

CAPUT X.

De Calvinianorum fraude & amphibolia hinc inde in Colloquiis adhibita.

§. I.

QUod B. *Lutherus* in ſua ad Francofurtenſes Epiſtola ſcribit: *Pleroſque candidos atque apertos Suermeros eſſe, qui quod animô ſentiunt, liberè dicant ac profiteantur, quemadmodum Tigurini faciunt: reliquos obſcuris venditare involucris, occultè & fraudulenter agere, pulmentum in ore volvere & revolvere, & Apoſiopeſibus* (Mum Mum *& ſimilibus*) *ludere*: id Calviniani Wormatiæ A. MDLVII. re ipsâ comprobârunt. Cùm enim, priusquam Colloquium Wormatienſe ſolveretur, multi Calvinianorum, Pariſiis in vincula conjecti, in ſummo vitæ verſarentur diſcrimine, miſſi ſunt à Gallis Calvinianis Legati in Germaniam, nimirum *Theodorus Beza*, & *Wilhelmus Farellus*, ut à Principibus Evangelicis, interceſſionem ad Regem Galliæ pro captivis impetrarent. Hi primò Wormatiam ad Theologos Lutheranos (*Philippum*, *Brentium*, *Marbachium* & *Jac. Andreæ*) profecti obtulerunt Confeſſionem, in qua fatebantur inter alia: *In S. Cœna verum Chriſti ſanguinem, quem fudit pro nobis, non ſignificari duntaxat, aut ſymbolicè, typicè, vel figuratè tanquam abſentis memoriam proponi, ſed verè ac certè repræſentari, exhiberi & applicanda offerri, adjunctis ſymbolis minimè nudis, ſed quæ, quod ad Deum ipſum attinet, promittentem*

& offerentem ſemper rem ipſam verè ac certò conjunctam habeant, ſive fidelibus, ſive infidelibus proponantur: adeoq; diſſenſionem non eſſe de re ipſa; ſed de præſentia modo duntaxat, qui ſoli Deo cognitus eſt, & à nobis creditur, diſceptari. Et pleraque in illa Confeſſione ſic erant poſita, ut viderentur non Calviniſtica, ſed Lutherana. Huic Confeſſioni *Farellus*, *Beza*, & reliqui ſubſcripſerunt, contendentes, in Helvetia & Sabaudia ad iſtum etiam modum doceri & credi. Qua de cauſſa data illis eſt interceſſio ad Ducem Würtembergicum *Chriſtophorum*, quô mediante etiam ab aliis Principibus quibusdam interceſſio ad Regem Galliæ eſt quæſita & impetrata. Cùm verò Theologi Tigurini hanc *Bezæ* & *Farelli* confeſſionem, ùt nimis Lutheranam, reprehenderent, reſponderunt *Beza* & *Farellus*: *Opus ſibi fuiſſe BONO DOLO ad liberandos fratres.* Item: *Se in illa confeſſione CLAM apud ſe in ſcrinio pectoris ſui duas voces PER FIDEM & SPIRITUALITER retinuiſſe, quibus ſubanditis, ſubintellectis, vel additis & expreſſis Zvvingliana vel Calviniana Confeſſio ſtare adhuc inconcuſſa poſſit.* Hiſt Aug. Conf. *p. 496. ſeqq.* Oſiand. *Cent. XVI. Lib III. Cap. 28. p. 657. ſeq.*

§. 2.

Eâdem fraude & amphiboliâ uſi ſunt Calviniani in Gallia in Colloquio Poſſiaceno Anno MDLXI. inſtituto. Cùm enim *Beza* Genevâ ad hoc colloquium accerſitus hujusmodi formulam proponeret: *Credo in uſu Cœnæ Dominicæ re ipsâ ſubſtantialiter, ſive in ipſa ſubſtantia, verum corpus & ſanguinem Chriſti, ſpirituali & ineffabili modô eſſe, exhiberi, & ſumi à fidelibus communicantibus:* tum *Petrus Martyr* ſermonem *Bezæ* interrumpens contrà

trà enunciavit: *Reſpondeo pro parte mea, Corpus Chriſti non eſſe verè & ſubſtantialiter alibi, quàm in cœlo: non tamen nego, Chriſti corpus & ſanguinem illius verum, quæ pro ſalute humana tradita ſunt, fide ac ſpiritualiter percipi à fidelibus in S. Cœna.* Ad quod *Beza* hanc formulam exhibuit: *Confitemur Chriſtum Jeſum in ſua S. Cœna nobis offerre, dare, & exhibere veram ſubſtantiam corporis & ſanguinis per operationem Spiritûs Sancti, & quòd percipimus & manducamus Sacramentaliter, ſpiritualiter & fide, proprium illud corpus, quod paſſum fuit pro nobis, ut efficiamur os ex oſſibus, & caro de carne ipſius, & ut inde vivificemur, atque omnia ad ſalutem neceſſaria hauriamus. Et quoniam fides omnia promiſſa abſentia reddit præſentia, per eandemque verè & re ipsâ ſumimus verum & naturale Chriſti corpus ac ſanguinem potentiâ Spiritûs Sancti, eatenus confitemur præſentiam corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti in S. Cœna.* Cùm autem Pontificii oſtenderent, quantæ inſidiæ & fraudes in formula modò recitata occultatæ eſſent, quòd videlicet Præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in S. Cœna tantùm fidei noſtræ adſcribatur, quæ abſentia ſtatuere ſibi atque facere poſsit præſentia: id verò manifeſtè erroneum, & inanem perſuaſionem eſſe. Per fidem enim nihil præſens reddi, nec quicquam ſine verbo propter noſtram fidem præſens eſſe; tandem *Beza* poſt varias admonitiones ſeſe declaraturus, ingenium atque errorem ſuum prodidit, horribilem hanc vocem, ad mentem *Johannis Calvini* (de quo ſuprà *Cap. I.* §. 7) publicè emittens: *Chriſtum ſuô corpore & ſanguine realiter ac ſubſtantialiter LONGIUS à pane euchariſtiæ & nobis in terra ABESSE, quàm SUPREMUM COELUM*

DISTET A TERRA. Quâ ultimâ declaratione fraudes & technas in prioribus formulis occultatas ſatis prodidit. Hiſt. Aug. Conf. *p. 619. ſeqq.* Oſiand. *Cent. XVI. Lib. III. cap. 46. p. 725. ſeqq.*

§. 3.

Quales amphibolias, miroſque verborum cothurnos in Colloquio Sendomirienſi Annô MDLXX. adhibuerint Calviniani, dictum eſt *Cap. IX.* §. 2. Ex quibus omnibus apparet, quomodo, exutô omni pudoris atque honeſtatis ſenſu, verbis ludere, ſuisque amphiboliis non imperitis modò, ſed etiam eruditis imponere nunquam erubuerint Calviniani.

TANTUM.

T. Θ. Δ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

372

INDEX RERUM.

A.

Adolphus Dux Holſ. cur non ſubſcripſerit Form. Conc. p. 52
Steph. Agricola intereſt Coll. Marpurg. 28
Albertus Pruſſiæ Dux cur non ſubſcripſerit F. C. 54
And. Althammerus ſcribit contra Sacramentarios. 5
Nic. Ambsdorfius Epiſcopus Naumb. ſcribit contra Bucerum. 32
Wolfg. Amling. 17
Amphiboliæ Calvinianorum. 59
Jac. Andreæ. 52. 59
Anglia quando & quomodo ſuſceperit Zvvinglianiſmum 9. ſqq.
Anhaltinus Principatus Calviniſmo inficitur. 16
Argentinenſes cum aliis quibusdam urbibus peculiarem habent Confeſſ. 5
ſubſcribunt Aug. Conf. 7
non ſubſcribunt F. C. 54
Argentinenſes fœdus ineunt cum Helvetiis. 43
recipiuntur à Proteſtantibus. 44
Auguſt. Confesſio an neceſſariò fuerit mutanda? 21
an ejus mutatio Ph. Melanchth mandata? 20. 21
Aug. Conf. mutata an recepta à Proteſtantibus? 22. ſqq.
Aug. Conf. hiſtoria à quibus conſcripta? 1
Auguſtana Comitia. 46

Beren-

B.

Berengarius. 1
Bertramus. 1
Theod. Beza Calviniſmum in Galliâ propagat 13
ejus confesſio 59 fraus. 59. ſqq.
Andr. Bodenſteinius Vid. Carolſtadius.
BrandenburgenſesElectores ſinceri ol defenſores A.C. 18
Calvinianiſmum ſuſcipiunt. 20
Brema Zvvinglianos fovet. 11
Joh. Brentius 59. intereſt Coll. Marpurg. 28
negat Zvvinglianis fraternitatem. 30
ſcribit contra Sacrament. 8
Mart. Bucerus peculiarem conſcribit Confesſionem. 5
ſimulat conſenſum cum Luthero. 7
à Luthero non habetur in numero amicorum. 8
Bucerus vocatur in Angliam, 9
urget confraternitatem, 31
Intereſt Coll. Marp. 28. tractatibus Caſſellanis 33
ſubſcribit orthodoxæ ſententiæ de Cœnâ Domini, 49
Buceri obitus, 9
Joh. Buchbach. 19
Joh. Bugenhagius. 5
Dan. Burenius Conf. Bremenſis vi Bremæ inducit Calviniſmum. 11

C.

Calvinus fit Zvvinglianus. 8. ejus error circa doctrinam de S. Cœnâ. 8. 61
Calviniana Religio non continetur ſub Pace Relig. 35
recipitur ſub eam. 46

Cal-

Calviniani non admisſi ad ſubſcriptionem Aug.Conf. 35
mox proſcripti. 46. Syncretiſmo quid quærant? 40
Calvinianiſmus venit in Angliam. 9. Anhaltinum Princip. 16. Bremam. 11. Galliam. 13. Hasſiam. 17. Marchiam Brand. 20. Palatinatum 13. 15. Polon. 12
Transſylvaniam. 12
Vid. & Zvvinglianiſmus.
Calvinianorum periculum in Galliâ. 59
Calvinianorum proceſſus cum Lutheranis. 41.ſqq.
Calvinianorum fraudes & amphiboliæ. 57. ſqq.
Capito. 33
Carolſtadius ſtatuas è templis ejicit. 1
Sacramentariorum autor. 2
colloquitur cum Luthero. 2
Carolſtadius ejicitur Saxoniâ. 2 Redit in Sax. ubi agit ruſticum. 3 contra datam fidem redit in Helvetiam. 4
Carolſtadii mors. 6
Carolus Palatinus. 16
Carolus Ludovicus El. Pal. quærit fraternitatem. 37
Caſſellana tractatio de Cœnâ Domini. 33. Amœbœa. 36
Caſſellanum Colloquium. 39. 58
Catechiſmus Lutheri Heidelb. exploditur. 14
novus in Palatinatu Bipont. conficitur, & inſigni fraude introducitur. 16
Catharina Medicæa. 13
Chemnitius. 1
Chriſtianus Rex Daniæ. 10
Chriſtianus IV. Rex Dan. non ſubſcribit Form. Conc. 52
Chriſtianus I. Elect. Sax. 35
Chriſtophorus Dux Wurtenb. 60. reſpuit Zvvingl. 34

Wilh.

Wilh. Clewizius. 13
Colloquium Caſſellanum. 39. 58
Heidelbergenſe. 17
Jenenſe. 2
Colloquium Lipſienſe 35. 58
Marpurgenſe. 5. 28. 55
Neopurgenſe. 16
Posſiacenum. 60
Colloquium Ratisbonenſe. 48
Sendomirienſe. 56. 62
Wormatienſe. 48. 49. 59
Colloquiorum Irenicorum finis. 40
Comitia Auguſtana. 46
Confesſio Aug. 5. Zvvinglii 5. Argentinenſium. 5
à Ph. Melanchth. proprio auſu mutata. 21. ſqq.
Conſtantienſium Confesſio. 5
Conſenſus an inter Lutheranos & Calvin. initus. 55. ſqq.
Conventus Principum Francofurti 44. Naumburgi. 24. 34
Sueinfurti 43. Smalkaldiæ. 43
Ad. Conzen. 42
Cramerus Papatum in Angliâ extirpat. 9

D.

Daniæ Rex cur non ſubſcripſerit Form. Conc. 51
Duræus Syncretiſmi adſertor. 36

E.

Eduardus VI. Angliæ Rex. 9
Erneſtus Dux Lüneburg. 31
Evangelici Principes ſeparant ſe à Zvvinglianis. 34

F.

Facultas Theol. Witteb. Zvvinglianis negat fraternitatem. 31
Facultatis Theol. Jenenſis judicium de fraternitate cum Heidelberg. ineundâ. 32
P. Fagius. 9
Wilh. Farellus. 59
Ferdinando I. Imp. exemplar invariatæ A. C. oblatum. 24

For-

Formula Concordiæ. 50
Formulæ Concordiæ cur non omnes Proteſtantes ſubſcripſerint? 51. ſeqq.
Francofurtum cur F.C. non ſubſcripſerit? 54
Fraternitas Zvvinglianis denegata. 28. ſqq.
Fraudes Calvinianorum. 59. ſqq.
Fridericus III. Elector Pal. recipit Calviniſmum 13. inde ſe dimoveri non patitur. 14.34
excluditur pace Relig. 40
Friderici III. Religio non continetur ſub pace Relig. 34. ſq.
Fridericꝰ Palatinꝰ fratrem errantem revocare non poteſt. 16
Frid. Wilh. Dux Sax. 37
Saxoniam Calviniſmo purgat. 35

G.

Gallia Calviniſmo infecta. 13
Sim. Gedikius. 19
Georgius Frid. M.B. adminiſtrat Pruſſiam. 54
adſertor. F.C. 54
Georgius Haſſiæ Landgr. cur non ſubſcripſerit F.C. 53
Steph. Gerlachius. 36
Paul. Gerizius. 57
Gieſſena Academia Marpurgum tranſlata. 18
Eraſm. Gliznerus. 57
Jac. Godfriedus Hiſt. A. C. Latinè vertit. 2
Grynæus orthodoxus primò, pòſt Zvvinglianus. 15
Orthodoxos excludit. 40

H.

Alb. Hardenberg. 11
Haſſia ſuperior Calviniſmo inficitur. 17
Haſſiæ Landgravii cur non ſubſcripſerint F. C. 52
Caſp. Hedio Theol. Zvvinglianus. 28
Heidelberga Calviniſmo inficitur 13
Jac. Heilbrunnerus 16. ejicitur Palatinatu Bipont. 16. 41
Helvetii Sacramentariorum errorem recipiunt. 4 rejiciunt Aug. Conf. 5. 7. excluduntur à Confœderatione Proteſt. 45

Digitized by Google

Henricus junior Dux Luneb. improbat mutationem A. C. 25
Til. Heshuſius 13. ejicitur à Calvin. 41
Holſatiæ Dux non ſubſcribit F.C. 52
Honii Batavi error circa Sacram. Cœnæ. 4

I.

Jenenſe Colloquium inter Luth. & Carolſtad. 2
Jenenſium Theol. judicium de fraternitate cum Heidelb. ineundâ. 37
Inſtrumento Pacis Calviniani in pacem recipiuntur. 46
Joach Erneſtus Anhaltinus Princeps recipit Calvin. 20
Joach. Frid. El. Brand. cavet Religioni litteris Reverſalib. 18. 19
Johannes Palatinus. 15
Joh. Caſimirus Palatinus recipit Calvin. 15
Johannes Frid. El. Sax. improbat mutationem Aug. Conf. 23
Joh. Frid. II. El. Sax. fruſtrà El. Pal. ab errore revocat. 14
Joh. Georg. El. Brand. cavet Religioni litteris Reverſalib. 18. 19
Johannis Sigiſm. March. Brand. obligatio. 19
Joh. Sigiſm. Elect. Brand. recipit Calviniſmum. 20
Juſtus Jonas. 28

K.

Kirchnerus Autor Hiſt. Conf. Aug. 1
Kemberg oppidum. 3

L.

Joh. Lasky Zvvinglianiſmum ſeminat in Angliâ. 10 venit in Daniam. 10. Bremam. 11
Joh. Lasky venit in Poloniam. 12
Henr. Leuchtherus. 17. 41
Lindavienſes peculiarem offerunt Confeſſ. 5
Lipſienſe Colloquium 35. 58. An in eo Conſenſus inter Lutheranos & Calvin. initus. 58
Ludovicus Haſſ. Landgr. non ſubſcribit F.C. 53. obit. 17
Ludovicus V. Gieſſenam Acad. Marpurgum transfert. 18
Ludovicus El. Palat. Calvinianiſmum profligat. 14
Lutherani cum Calvin. Syncretiſmū inire non poſſunt. 36 ſqq.
Lutherani cum Calvinianis nunquam inierunt Syncretiſmū. 55. ſqq.

Luthe-

Digitized by Google

Lutherani à Calvinianis ejiciuntur. 40. ſqq.
Lutherus è Pathmo redit Wittebergam. 1. colloquitur cum Carolſtadio. 2. ſcribit contra Carolſtadiū 3. Helvetios. 4
Lutherus rejicit Transſubſtantiationem Pontificiam. 22. expoſtulat cum Melanchthone de mutatione Aug. Conf. 22
Lutherus intereſt colloquio Marpurg. 28. reſpuit Buceri concordiam. 8. 32. fraternitatem Zvvinglii. 28. 55.
Lutherus veræ Concordiæ amans. 33

M.

Magdeburgum cur non ſubſcripſerit F. C. 54
Marbachius. 59
Marchia Brand. inficitur Calviniſmo. 20
Marchiones Brand. ol. conſtantes defenſores A. C. 18. 19
Sam. Mareſii judicium de Syncretiſmo. 40
Maria in Angliam Pontificiam Religionem reducit. 9
Marpurgenſe Colloquium. 5. 28. 55
Marpurgum Calviniſmo inficitur 17. 18. Tumultus oritur. 18
Marpurgenſium Syncretiſmus cum Rintelenſibus. 39. 58
Maximil. Martinus D. 14
Petrus Martyr Zvvinglian. in Angliâ ſeminat. 9. ejus ſententia de S. Cœnâ 6o. redit in Germ. 10. Galliam. 13. obit. 10
Mauritius Haſſ. Landgr. ſedat tumultum Marpurg. 18 recipit Calviniſmum. 17
Maximilianus II. Imp. 34
Ph. Melanchthon nimis lenis. 13. mutat privato auſu Aug. Conf. 22. improbat à ſe mutatam Aug. Conf. 23 intereſt Coll. Marp. 28. tractatibus Caſſellanis. 33
Melanchthon negat Zvvinglianis fraternitatem. 28. 30. 31
Melanchthon an deſierit contradicere errori Sacramentariorum. 31
Melanchthon reſtituit à ſe mutatam Aug. Conf. 49
Memmingenſes peculiarem offerunt Confesſionem. 5
Balth. Menzerus. 17. 41
Joh. à Mingenroden. 19

Motivæ,cur Lutherani cum Calv. contra Pontif. arma non poſſint conjungere. 35

N.

Neoburgenſe Colloquium. 16
Noribergenſis Senatus improbat mutationē Aug.Conf.25.ſq.
Paulus Noviomagus colloquitur cum Luthero. 10

O.

Obligatio an in divinis valeat. 20
Obligatio Joh. Sigiſm. M. Brand. 19
Bernhardinus Ochinus Zvvinglianiſmum propagat. 9
Joh Oecolampadii ſententia circa verba Inſtit. Cœnæ, 4
Oecolampadius intereſt Coll. Marp. 28. obit. 6
Orlamundæ tumultuatur Carolſtadius. 2. ejicitur. 2
And. Oſiander. 5.28
Otto Henricus Palatinus. 16

P.

Palatinatus Bipontinus inficitur Calviniſmo. 15
Simmerenſis. 13
Parei Irenicum. 35
Chr. Pezelius. 11
Julius Pflug petit Epiſcopatum Naumburg. 32
Philippus Haſſiæ Landgr. ſtudet unire Lutheranos & Helvetios 5.28.30. cur id fecerit? 27
Philippus urget invariatam Aug. Conf. 25
Philippus Ludovicus Palatinus. 16
Joh. Piſtorius. 49
Petrus Plateanus. 6
Polonia Zvvingliani ſmo inficitur. 12
Pomeraniæ Duces cur non ſubſcripſerint F. C. 53
Proteſtantes improbant mutationem Aug. Conf. 22. 26

R.

Nic. Radſuil. 58
Ratisbonenſe Colloquium. 48
Urb. Rhegius. 5
Rintelenſes Theol. Syncretiſmum ineunt cum Marpurg. 39.58

Ro-

Roſtochienſium reſponſio ad Transſylvanos. 12
Rotenburgum venit Carolſtadius. 3

S.

Saxo-Lauenburgici Duces cur non ſubſcripſerint F. C. 53
Saxonia Calviniſmo purgatur. 35
Georg Schönfeld. 18
Valent. Schoner. 18
Scotus. 1
Selneccerus. 1
Sendomirienſe Colloq. 56. 62
Smalcaldicus Conventus. 43
Smalcaldicum fœdus. 43
Speciei vox quid Art. X. Aug. Conf. notet. 21
Spira cur non ſubſcripſerit Form. Conc. 54
Joh. Stoſſelius. 14
Caſp. Sturm. 18
Syncretiſmus cum Calvin. non ineundus. 34. ſqq.
an initus cum illis unquam. 55. ſqq.
Syncretiſmus Rintelenſium & Marpurg. 39. 58
Syncretiſmo Calviniani quid intendant. 40

T.

Georg Teutſch. 19
Thorunienſis Synodus. 57
Tigurini Bezæ confesſionem reſpuunt. 60
Transſylvania Zvvingliano errore inficitur. 12

V.

Vilnenſis Synodus. 57
Ad. Godofr. Voluſius. 42

W.

Marc. Frid. Wendelinus. 17
Wilhelmus Junior Dux Luneb. improbat mutationem Aug. Conf. 25
Joh. Winkelmannus Theologus. 17. 41
Wittebergenſes Theologi Crypto-Calviniani. 11. 12. 50
negant fraternitatem Zvvinglianis. 31

Ambr.

Digitized by Google

Ambr. Wolfii ſententia de mutatione Aug. Conf. 21
Wolfgangus Anhaltinus Princeps improbat mutationem Aug. Conf. 24
Wolfgangus Palatinus. 34
Wormatia cur non ſubſcripſerit Form. Conc. 54
Wormatienſe Colloquium. 48

Z.

Ulricus Zvvinglius *Eſt* exponit per *Significat.* 4
Zvvinglius peculiarem edit Confesſionem 5. intereſt Colloquio Marp. 28. Deſiderat fraternitatem Lutheri. 29
rejicitur à Lutheranis. 28. 29. obit. 6
Zvvingliani veniunt in Angliam. 9. ſq.
Bremam. 11
Daniam. 10
Galliam. 13
Hamburgum. 11
Hasſiam. 17
Lubeccam. 11
Zvvingliani veniunt in Marchiam Brandenb. 20
Palatinatum. 13.15
Poloniam. 12
Roſtochium. 11
Transſylvaniam. 12
Wiſmariam. 11
Zvvingliani condemnantur. 48. ſqq.
Zvvingliani excluduntur à fœdere Smalcald. 43. ſq.
Zvvingliani urgent recipi in fraternitatem Lutheranorum. 29 30.31
Vid & Calviniani.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google